Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

28
888.

600011440G

pan? 1829

C. SALLUSTII CRISPI

# HISTORIARUM

## FRAGMENTA,

. ROUT CAROLUS BROSSAEUS EA COLLEGIT, DISPOSUIT, SCHOLIISQUE ILLUSTRAVIT.

## JULII EXSUPERANTII

HISTORIARUM SALLUSTII SUMMARIUM.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

ACCEDIT SPICILEGIUM FRAGMENTORUM SALLUSTIANORUM, A BROSSAEO RELIQUISQUE EDITORIBUS PRAETERMISSORUM, VEL NUPER DETECTORUM.

LUNAEBURGI,

APUD HEROLDUM ET WAHLSTABIUM

1828.

858.

Historiarum libros Sallustii e veteribus Grammaticis illustraverant Asper et Statilius, laudati a Charisio, et Hieronymo contra Rufinum. I. 16; eos pariter et bellorum Jugurthini ac Catilinarii Graece interpretatus erat Zenobius, Suida teste. Junium Maximum Sallustii historias in compendium misisse; innuit Statius Silv. IV. 4. Sed haec omnia hodie desiderantur.

Fragmenta, quae nobis e Sallustii historiis servata sunt, debemus inprimis Senecae, Quintiliano, A Gellio, Isidoro, S. Augustino et aliis, tum praesertim Grammaticis, Charisio, Prisciano, Servio, Donato, Arusiano Messo, vel Cornelio Frontoni, secundum Angeli Maji opinionem, Scholiastis veteribus ad Horatium, Lucanum et reliquis.

His accessêre conciones et epistolae ex historiarum libris excerptae, quae in vetusto Codice legebantur, in quo Catilina et Jugurtha erant perscripti (cui postea plures Codices, in quibus Vaticanus, ad-

diti), unde primum anno 1475 Pomponius Laetus eas typis incudi curavit.

Dein fragmenta sex, ex integro opere, ut videtur, desumta, e vetustissimo Servii Codice a Petro Daniele exscripta, et ab Andrea Schotto ad Justum Lipsium transmissa; quorum tria priora Janus Douza anno 1580 vulgavit, reliqua Freinshemius in Supplementis Livianis, in editione Livii Doujatiana, anno 1679 in vulgus emissa, tum multis annis post a Josepho de Bimard de la Bastie e schedis Jacobi Augustini de Chevannes, ICti Divionensis, iterum descripta, Muratorius in Tomo primo Thesauri Inscriptionum denuo publici juris fecit.

Colligendis fragmentis inprimis insudavere Aldus Manutius, Pauli filius, anno 1563, et Antonius Riccobonus ad calcem libri de historia; prae ceteris tamen de Sallustii historiarum fragmentis Ludovicus Carrio est promeritus, qui ea diligenter collegit, multis locis meliora

edidit, disposuit, scholiisque illustravit in C. Sallustii Crispi operum, quae exstant, editione, Antverpiae 1574, et 1579 apud Christophorum Plantinum, qui idem addidit Jani Douzae notas ad historiarum libros, cum luculenta fragmentorum aliquot accessione hactenus non editorum, quae quidem e Codice Servii petita fuere, quorumque supra mentio facta est.

Ceteri editores, qui in censum veniunt, Helias Putschius, Ausonius Popma, Wassius, Cortius et Havercampus, lauream, credo, a Carrione sibi praereptam rati, fragmenta Sallustiana fere intacta reliquere, Carrionem in omnibus fere sequuti, nec usque ad Brossaeum quisquam fuit qui haec dumeta attingeret.

Carolus Brossaeus vero, ICtus Divionensis, post illorum labores maximam sibi peperit gloriam in restituendis historiarum libris Sallustianis, quippe qui in doctissimo opere, Histoire de la republique Romaine par Salluste,

inscripto, et anno 1777 edito, infatigabili cum industria, fragmenta Sallustiana denuo collegit, composuit, in ordinem revocavit, ipsumque opus deperditum, eundem fere modum sequutus, quem Freinshemius in concinnandis Supplementis Livianis, in integrum restituere conatus est. Operi suo eum in modum efficto inseruit fragmenta illa, undique conquisita, continuo sermoni, prout res flagitabat, intexta, et in Gallicum idioma conversa. Nec tamen hic subsisti posse ratus, insuper consilium ceperat, fragmenta ipsa latina, ad historiae leges revocata, cum amplo commentario edendi, in quo non solum singulorum sensum illustraret, sed etiam ad crisin ea emendaret. Morte tamen inopinata praestantissimi viri spes illa frustrata est. Prodierunt tandem, anno 1780 Fragmenta Sallustiana; opus postumum, sed illo commentario orbum et e schedis Brossaei consarcinatum, in quo fragmenta ipsa latina, prout in opere magno lingua Francogallica conscripto, in

ordinem disposita fuerant, exhibebantur, brevibus illustrationibus, quae sensum singulorum explicant, subjectis, addito dein indice scriptorum, e quibus unum quodque fragmentum depromtum fuerat. Hoc modo saltem imago operis Sallustiani deperditi reficta censeri potest, cum e libello, quod fuerit operis argumentum, quae series, et quem singulae illae particulae locum in eo occupaverint, tum quam ad narrationem singula fragmenta pertinuerint, et quis sensus uni cuique tribuendus, luculentissime penspici queat.

Mirum tamen, quod sequiores, Brossaei labores aspernati, in iis perstiterint, quae Ludovicus Carrio molitus erat, cum, praeter solum Gerlachium, novissimum Sallustianorum operum editorem, omnes Divionensem fragmentorum editionem neglexisse videantur.

Id sane, opinor, non nisi summae raritati libri Brossaeani adscribendum est, cum vix unum itemque alterum ejus exemplum e Gallia transmigraverit, Eberto,

viro in hac re versatissimo, teste, qui in Lexico bibliographico asseverat, bibliothecas publicas privatasque plurimas, quamquam in iis Brossaei opus francogallicum asservatur, postumo illo ejus libello carere.

Itaque soli, uti jam dictum, Gerlachio hanc Divionensem Sallustianorum fragmentorum editionem in suos usus convertere licuit. Qui tamen, cum tantum criseos rationem in animo habens, ordinem fragmentorum, prout Brossaeus ea secundum historiae seriem disposuerat explicaveratque, penitus neglexerit, operae pretium esse duximus, Sallustii historiarum fragmenta secundum Brossaei recensionem rarissimam rursus typis committi, magnum inde in historiae cultores fructum redundaturum esse, confisi. *) Ut vero in literarum studiosos aliquid utilitatis e repetita ista editione flueret, textum fragmentorum recognovimus secun-

*) Idem consilium ceperat Martyni — Laguna, dum in vivis fuerat, sed morte impeditus est, quo minus id perficeret.

dum Gerlachii praestantissimam Sallustianorum operum editionem, vorietatem lectionis inde enotavimus, et fragmentorum Sallustianorum a Brossaeo ceterisque editoribus praetermissorum (quaedam enim et quidem haud pauca et Gerlachii diligentiam effugerunt), vel in erutis antiquitatis monumentis post eorum curas detectorum, spicilegium adjecimus.

Huic editioni insuper subjunximus Julii Exsuperantii, fortasse illius, quem memorat Rutilius Itinerar. I. 213, libellum de Marii, Lepidi ac Sertorii bellis civilibus, jamdudum repertum ad calcem Sallustii de bello Catilinario et Jugurthino, in Codice Ms. Petri Pithoei, unde ex Sallustii historiarum libris breviarium quoddam esse conjicitur.

His igitur fruere et utere! benigne lector.

# SYLLABUS

## PRAESTANTIORUM EDITIONUM, IN QUIBUS SALLUSTIANA FRAGMENTA CONTINENTUR.

---

1475. Ex libris historiarum C. Crispi Sallustii orationes V et epistolae III. Romae, Arn. Pannartz. 25. Sept. — 8. foll. 32.

. . . Excerptae orationes ex libris historiarum C. Crispi Sallustii. s. a. et l. (Mantuae. J. Schall. 1475.) 4.

1490. Sallustii liber de conjuratione Catilinae. de bello Jugurthino. Orationes et epistolae. Romae. Euchar. Silber. 3 Non. Apr. 4. (E Pomponii Laeti recensione.) Saepius recusa editio.

1563. Sallustii Catilina et bellum Jugurthinum. Ejusdem nonnulla ex libris historiarum. Fragmenta ejusdem historiarum ab Aldo Manutio collecta. Venet. ap. Paul. Manut. 8.

1564. Sallustii Catilina et bellum Jugurthinum. Ejusdem nonnulla ex libris historiarum etc.

His accessit liber singularis, qui inscribitur: Fragmenta historiarum Sallustii e scriptoribus antiquis ab Aldo Manutio collecta. Antverp. ap. Christoph. Plantin. 8.

.... Antonii Riccoboni Rhodigini de historia liber, cum fragmentis historicorum veterum latinorum summa fide et diligentia ab eodem collectis et auctis.

Editio. II. Basileae ex officina Petri Pernae. 1579. 8. (Sallustii fragmenta comparent p. 163 — 216.)

1574. Sallustii opera. Historiarum libri a Lud. Carrione collecti et restituti. Apud Petr. Santandraeanum. 8.

In Sallustii Catilinam et Jugurtham Aldi Manutii scholia. Cypriani a Popma emendationes. In historiarum Libr. sex L. Carrionis scholia. s. l. 1574. 8.

1579. C. Sallusti Crispi operum quae exstant nova editio. Edente et recensente Ludovico Carrione. Antverpiae ex officina Christophori Plantini, architypographi regii, 8. In C. Sallustii Crispi Catilinam et Jugurtham, Joannis Rivii Castigatt. Aldi Manutii Scholia, Cypriani a Popma emendationes.

In historiarum Lib. VI. a. Ludovico Carrione collectos, auctos et restitutos ejusdem Lud. Carrionis scholia. Ibid. 1579. 8.

1580. Jani Douzae Nordovicis ad C. Sallustii Crispi historiarum libros notae. Cum luculenta Fragmentorum aliquot accessione hactenus non editorum. Ibid. ap. eund. 1580. 8.

1595. Fragmenta historicorum collecta ab Antonio Augustino, emendata a Fulvio Ursino. Antverp. ex offic. Plantin. 8.

1602. Sallustii opera. Helias Putschius ex fide vetustissimor. Codd. correxit, emendavit et notis illustravit, idem fragmenta centum locis [e Servio] auxit et interpolavit. Ex officina Plantin. Raphelengii. 8

1619. Sallustii opera et L. Cornelii Sisennae historiarum fragmenta. Ausonius Popma recensuit et scholiis illustravit. Franequerae. 8.

1620. Fragmenta historicorum veterum latinorum ab Ausonio Popma collecta, emendata et scholiis illustrata. Amstelod. ap. J. Commelinum. 8.

1711. Sallustii opera cum not. varior. Accedunt Exsuperantius, Porcius Latro et fragmenta historicorum cum notis A. Popmae. Recensuit, notas perpetuas et indices adjecit Jos. Wasse. Cantabrig. 4.

1724. Sallustii opera etc. Nec non Julius Exsuperantius et Porcius Latro. Recensuit et adnotationibus illustravit Gottl. Cortius. Lips. ap. Gleditsch. 4.

1742. Sallustii opera etc. Cum notis integris ac selectis variorum. Accedunt Julius Exsuperantius et Porcius Latro, ut et fragmenta historicorum cum notis integris variorum. Cura Sigeberti Havercampi. Amstel. et Hagae Comit. 4.

Accessit Fragmentorum historicorum C.

Crispi Sallustii Spicilegium auctore Jano Brouckhusio.

1777. Historie de la république Romaine dans le cours du 7. siècle, par Salluste. En partie traduite du latin sur l'original, en partie rétablie et composée sur les fragmens qui sont restés de ses livres perdus. Par Charles des Brosses. Dijon chez Fantin. III. Voll. 4.

1780. Fragmenta Sallustiana. Divione. 4 maj.

1799.—1803. Sallust's römische Geschichte nach de Brosses von Jo. Christoph Schlüter. Mit Anmerkungen. Erstes bis fünftes Buch. Osnabrück. V. Voll. 8.

1811. C. Crispi Sallustii Historiarum lib. III. Fragmentum cum quinque aliis in bibliotheca Parisiensi olim repertum denuo edidit Joann. Gottl. Kreyssig. Schneebergae. 8.

1823. C. Crispi Salustii quae exstant. Recognovit notisque criticis instruxit Franciscus Dorotheus Gerlach. Basileae ap. Schweighäuserum. 4. maj.

C. SALLUSTII CRISPI

HISTORIARUM

# F R A G M E N T A.

---

## LIBER PRIMUS.

**Prooemium. I. Introductio. Quo consilio scripserit.*)**

1. Res populi Romani M. Lepido, Q. Catulo Coss. ac deinde militiae et domi gestas composui.

*

2. Maxumis ducibus, fortibus strenuisque ministris.

*

3. Neque me divorsa pars in ciuilibus armis movit a vero.

*

4. Cato Romani generis disertissumus multa paucis absoluit.

*

5. Fannius vero veritatem.

*

---

SCHOLIA BROSSAEI.

2. Sc. res hoc temporis intervallo gestae sunt.
3. Qua diligentia historiam suam scripserit.
4. 5. De priscis historiae Romanae scriptoribus loquitur.

*) Lemmata capitum e Brossaei opere petita.

6. Nos in tanta doctissumorum hominum copia.

*

7. Nihil tam necessarium aut magis cum cura dicendum, quam quod in manibus est.

*

8. Recens scripsi.

*

### II. De forma antiqua reipublicae Romanae.

9. Nobis primae dissensiones vitio humani ingenii evenere, quod inquies atque indomitum semper in certamine libertatis aut gloriae, aut dominationis agit.

*

10. Male jam adsuetum ad omnis vis controversiarum.

*

11. Nam a primordio urbis ad bellum Persi Macedonicum.

*

### III. IV. De Statu reipublicae tempore bellorum Punicorum.

12. At discordia, et auaritia, atque ambitio, et cetera secundis rebus oriri sueta mala, post

---

6. Quibus exemplaribus historiam scripserit, dicit.
7. Qua diligentia historia scribenda sit.
8. Mentio de rebus jam carptim scriptis; sc. de bello Catilinario et Jugurthino.
9. De antiquo statu reipublicae.
10. Turbae populares a Gracchi temporibus solitae.
11. Sc. contentiones fuere de consulatu patricios inter et plebejos.
12. De prisco reipublicae statu.

Carthaginis exscidium maxume aucta sunt. Nam injuriae validiorum, et ob eas discessio plebis a patribus, aliaeque dissensiones domi fuere jam inde a principio: neque amplius quam regibus exactis, dum metus a Tarquinio et bellum graue cum Etruria positum est, aequo et modesto jure agitatum: dein seruili imperio patres plebem exercere, de vita atque tergo, regio more consulere: agro pellere, et, ceteris expertibus, soli in imperio agere. Quibus saevitiis et maxume foenoris onere oppressa plebes, cum assiduis bellis tributum simul et militiam toleraret, armata montem Sacrum atque Aventinum insedit. Tumque Tribunos plebis et alia sibi jura parauit. Discordiarum et certaminis utrimque finis fuit secundum bellum Punicum.

*

13. Optumis autem moribus et maxuma concordia egit Populus R. inter secundum atque postremum bellum Carthaginiense.

*

### V. Bella intestina, eorum origo.

14. Postquam remoto metu Punico, simultates exercere vacuum fuit, plurimae turbae, seditiones, et ad postremum bella ciuilia orta sunt: dum pauci potentes, quorum in gratia plerique concesserant, sub honesto patrum aut plebis nomine, dominationes adfectabant, bonique et mali ciues adpellati, non ob merita in rempublicam, omnibus pariter corruptis, sed uti quisque locupletissumus et injuria validior; quia praesentia defendebat, pro bono ducebatur. Ex quo tempore majorum more non paulatim ut antea, sed tor-

---

13. De eodem.

14. De eodem.

rentis modo praecipitati: adeo junentus luxu atque auaritia corrupta est; uti merito dicatur, genitos esse, qui neque ipsi habere possent res familiares, neque alios pati.

*

15. Res Romana plurimum imperio valuit, Seruio Sulpicio et Marco Marcello Coss. omnes Galliae, cis Rhenum atque inter mare nostrum atque Oceanum nisi quae a paludibus inuiae fuere, perdomitae.

*

16. A Graccho graues seditiones ortae.

*

17. Quae caussa fuerat novandis rebus.

*

18. Ita fiducia quam argumentis purgatiores dimittuntur.

*

19. Qui quidem mos uti tabes in urbem conjectus.

*

VI. Inimicitia inter Marium et Sullam.

20. Sanctus aliter et ingenio validus.

*

VII. Saturninus Tribunus una cum Mario exulat Metellum Roma.

21. Vespera.

*

---

15. Galliae a Julio Caesare domitae fit mentio.

16. De turbis popularibus.

17. Sc. Lex agraria Gracchorum temporibus.

18. Sc. duces, turbae et satellites seditionum.

19. Mos adsuetus ad omnis vis controversiarum.

20. Catulus rei militaris non pergnarus, Sullam a Mario repulsum suis adsciscit.

21. Vespera Senatus adit Marium ad compescendum Saturninum.

22. Simulans sibi alvum purgari.

*

VIII. Metellus revocatur. Marius se confert ad Mithridatem. IX. Bellum sociale.

23. Tantum aequitatis curaeque majoribus pro gente Italicâ fuit.

*

24. Dum paulatim suis inuicem subueniunt, omnes in bellum a cti sunt.

*

25. Militiae peritus.

*

X. Sulla Consul et dux contra Mithridatem. Imperium illi adimitur a Mario. XI. Sulla Romam oppugnat, Mariumque expellit. XII. Cinnae tyrannis. Cinna vincitur.

25. a. Tyrannumque et Cinnam.

*

XIII. Cinna revocat Marium ex exilio. Oppugnat Romam.

26. Militiae peritus.

*

27. Et Metello procul agente, longa spes auxiliorum.

*

28. Bellum, quibus conditionibus posset, desineret.

*

---

22. Vilis astutia Marii tempore Saturnini.
23. Bellum sociale, curae majorum pro urbibus latinis.
25. Haec de Pontio Telesino, duce Samnitum et Lucanorum.
26. De Pompejo Strabone a Senatu in auxilium vocato.
27. Agente contra Samnites, cum Cinna et Marius Romam premerent.
28. Metellus pius in Samnites, Romam revocatus, urgebant.

XIV. Roma a Mario expugnatur.

29. Cum arae et alia Diis sacrata supplicum sanguine foedarentur.

*

XV. Mors Marii. Sulla redit. VIX. Cinna interimitur. Carbo Consul. XVII. Sulla Italiam petit. Capitolium exuritur. XVIII. Colloquium apud Theanum. Exercitus Scipionis ad Sullam se convertit.

30. Cujus advorsa voluntate colloquio militibus permisso, corruptio facta paucorum et exercitus Sullae datus est.

*

31. Non repugnantibus modo, sed ne deditis quidem atrocis belli clades metuentibus.

*

XIX. Carbo et Marii fil. Coss. Pompejus se jungit Sullae.

32. Equis et armis decoribus cultus.

*

33. Quibus de caussis Sullam in victoria dictatorem equo descendere, sibi uni adsurgere de sellâ, caput aperire solitum.

*

XX. Marius fugatur ad Sacriportum.

34. Apud Praeneste locatus.

*

---

29. Tempore caedis Marianae.
30. In colloquio apud Theanum, conversio Legionum Scipionis ad Sullanas partes.
31. Scipionis milites ad Sullanas partes transituri.
32. Pompejus in proelio.
33. Honores a Sulla juveni Pompejo habiti.
34. Marius junior, proelium ad Sacriportum.

XXI. Praeneste oppugnatur. Samnites Romam petunt.

35. Et Marius victus duplicauerat bellum.

*

36. Genua patrum aduolvuntur.

*

37. Ea cogentes, non coactos, scelestos magis quam miseros distringi.

*

XXII. Praeneste expugnatur. Mors Marii. Sullae crudelitas. XXIII. Sulla Dictator creatur. XXIV. Sullae crudelitas. Proscriptiones.

38. Consilii aeger.

*

39. Cum fracta prius crura per artus expiraret.

*

XXV. Fuga Carbonis. Occiditur.

40. Carbo turpi formidine Italiam atque exercitum deseruit.

*

41. Simulans sibi alvum purgari.

*

XXVI. Domitius et Jarba fugantur in Africa. Pompejus Hiempsalem in regnum restituit.

42. Curubis.

*

---

35. Bellum duplex contra Carbonem et Pontium Telesinum, Mario ad Sacriportum victo.

36. Mulieres Romanae in summo discrimine.

37. Captivi Antemnates jussu Sullae se jugulant.

38. Senatus Sullâ tyranno.

39. Mors Marii Gratidiani.

40. Carbonis Consulis fuga ex Italia et mors.

41. Turpis formido Carbonis condemnati.

42. Pompejus contra Marianos missus ad Curubim in Africa appulit.

43. Id bellum excitabat metus Pompeji victoris Hiempsalem in regnum restituentis.

*

XXVII. Sulla Pompejum revocat. Triumphus Pompeji.

44. Nam Sullam Consulem de reditu ejus legem ferentem ex composito tribunus plebis C. Herennius prohibuerat.

*

XXVIII. Lepidus Consulatum petit.

45. Ut actione desisteret.

*

46. Nam Sullae dominationem audebat.

*

XXIX. XXX. Oratio Lepidi.

47. Clementia et probitas vestra, Quirites, quibus per ceteras gentes maxumi et clari estis, plurimum timoris mihi faciunt aduorsus tyrannidem L. Sullae: ne, aut ipsi nefanda quae aestumatis, ea parum credendo de aliis, circumveniamini; praesertim cum illi spes omnis in scelere atque perfidia sit; neque se aliter tutum putet, quam si pejor atque intestabilior metu vestro furit, quo captivis libertatis curam cum miseria eximat: aut, si prouideretis, in tutandis periculis magis quam in ulciscendo teneamini. Satellites quidem ejus, homines maxumi nominis, non minus

---

43. Pompejus in Africâ post Domitium et Hiarbam victos.

44. Lex de reditu Pompeji ex Africâ, debellatis Domitio et Hiarbâ.

45. Metelli Celer, et Nepos ab actione contra Lepidum desistunt.

46. Pompejus voluntati dictatoris resistit, in triumpho de Africa, in electione Lepidi consulis.

47. Oratio Lepidi contra Sullam, ad populares suae conjurationis.

optumis majorum exemplis, nequeo satis mirari, qui dominationis in vos servitium suum mercedem dant; et utrumque per injuriam malunt, quam optumo jure libere agere. Praeclara Brutorum, atque Aemiliorum, et Lutatiorum proles, geniti ad ea, quae majores virtute peperere, subvortunda! Nam, quid a Pyrrho, Hannibale, Philippoque, et Antiocho defensum est aliud, quam libertas, et suae cuique sedes; neu cui, nisi legibus, pareremus? Quae cuncta saevus iste Romulus, quasi ab externis rapta, tenet: non tot exercituum clade, neque Consulis et aliorum principum, quos fortuna belli consumpserat, satiatus; sed tum crudelior, cum plerosque secundae res in miserationem ex ira vortunt. Quin solus omnium, post memoriam hominum, supplicia in post futuros composuit, quîs prius injuria, quam vita certa esset: pravissumeque per sceleris immanitatem adhuc tutus furit; dum vos, metu grauioris seruitii, a repetunda libertate terremini. Agendum atque obuiam eundum est, Quirites, ne spolia vestra apud illum sint; non prolatandum, neque votis paranda auxilia: nisi forte speratis, per taedium jam aut pudorem tyrannidis Sullae, esse eum per scelus occupata periculosius dimissurum. At ille eo processit, uti nihil gloriosum, nisi tutum, et omnia retinendae dominationis honesta existumet. Itaque illa quies et otium cum libertate, quae multi probi potius, quam laborem cum honoribus capessebant, nulla sunt. Hac tempestate seruiundum, aut imperitandum: habendus metus est, aut faciundus, Quirites. Nam quid ultra? quaeve humana superant, aut diuina impolluta sunt? populus Romanus paullo ante gentium moderator, exutus imperio, gloria, jure, agitandi inops, despectusque, ne servilia quidem alimenta

reliqua habet. Sociorum et Latii magna vis, ciuitate pro multis et egregiis factis a vobis data, per unum prohibentur; et plebis innoxiae patrias sedes occupavere pauci satellites, mercedem scelerum. Leges, judicia, aerarium, provinciae, reges, penes unum; denique necis ciuium, et vitae licentia. Simul humanas hostias vidistis, et sepulcra infecta sanguine ciuili. Estne viris reliqui aliud, quam solvere injuriam, aut mori per virtutem? Quoniam quidem unum omnibus finem natura vel ferro septis statuit: neque quisquam extremam necessitatem, nihil ausus, nisi muliebri ingenio, exspectat. Verum ego seditiosus, uti Sulla ait, qui praemia turbarum queror, et bellum cupiens, quia jura pacis repeto. Scilicet, quia non aliter salui satisque tuti in imperio eritis, nisi Vettius Picens, scriba Cornelius, aliorum bene parata prodegerint: nisi approbaveritis omnis praescriptiones innoxiorum, ob diuitias; cruciatus virorum illustrium; vastam urbem fuga et caedibus; bona ciuium miserorum, quasi Cimbricam praedam, venum aut dono datam. At objectat mihi possessiones ex bonis proscriptorum: quod quidem selerum illius vel maxumum est, non me, neque quemquam alium satis tutum fuisse, si recte faceremus. Atque illa quae tum formidine mercatus sum, pretio soluto jure; dominis tamen restituo; neque pati consilium est, ullam ex ciuibus praedam esse. Satis illa fuerint, quae rabie contracta tolerauimus, manus conserentes inter se Romanos exercitus et arma ab externis in nosmet vorsa. Scelerum et contumeliarum omnium finis sit. Quorum adeo Sullam non poenitet, ut et facta in gloria numeret; et si liceat, auidius fecerit. Neque jam, quid existumetis de illo, sed quantum vos audeatis vereor,

ne alius alium principem exspectantes, ante capiamini; non opibus ejus, quae futiles et corruptae sunt, sed vestra socordia quam captum ire licet, et quam audeat, tam videri felicem. Nam praeter satellites commaculatos, quis eadem vult? aut quis non omnia mutata, praeter victoriam? scilicet milites: quorum sanguine Terrulae Scyrroque, pessumis seruorum, diuitiae partae sunt? An quibus praelatus in magistratibus capiundis Fusidius, ancilla turpis, honorum omnium dehonestamentum? Itaque maxumam mihi fiduciam parit victor exercitus, cui per tot vulnera et labores, nihil, praeter tyrannum quaesitum est. Nisi forte tribunitiam potestatem euorsum profecti sunt per arma, conditam a majoribus suis: utique jura et judicia sibimet extorquerent: egregia scilicet mercede, cum relegati in paludes et siluas, contumeliam atque inuidiam suam, praemia penes paucos intelligerent. Quare igitur tanto agmine atque animis incedit? quia secundae res mire sunt vitiis obtentui; quibus labefactatis, quam formidatus antea est, tam contemnetur: nisi forte specie concordiae et pacis, quae sceleri et parricidio suo nomina indidit. Neque aliter populo esse belli finem, ait, nisi maneat expulsa agris plebes, praeda ciuilis acerbissuma; jus judiciumque omnium rerum penes se, quod populi Romani fuit. Quae, si vobis pax et concordia intelliguntur, maxuma turbamenta reipublicae atque exitia probate: annuite legibus impositis, accipite otium cum seruitio, et tradite exemplum posteris ad populum Romanum suimet sanguinis caede circumveniundum. Mihi, quamquam per hoc summum imperium satis quaesitum erat nomini majorum, dignitati atque etiam praesidio; tamen non fuit consilium priuatas opes facere; po-

tiorque visa est periculosa libertas, quieto seruitio. Quae si probatis, adeste Quirites, et bene juuantibus Diis, M. Aemilium Consulem, ducem et auctorem sequimini ad recipiundam libertatem.

*

XXXI. Sulla se munere abdicat.

48. Igitur venditis proscriptorum bonis et dilargitis.

*

XXXII. XXXIII. XXXIV. Foedus Gaditanum, a Septimio propositum.

49. Septimium neque animo, neque linguâ satis compotem.

*

50. Tartessum Hispaniae ciuitatem, quam nunc Tyrii, mutato nomine, Gadir habent.

*

51. Societatisque nostrae foederibus junxit aeternis.

*

XXXV. Urbibus Mileto et Clazomenis privilegia conceduntur.

52. Antequam diceretur sententia praemissis rationibus.

*

XXXVI. Sullae mors. Ejus virtutes et vitia.

53. Vespera.

*

---

48. Sullae tyrannis ac proscriptiones.
49. De foedere Gaditano referente Gaetulo Cos.
50. De eodem. Urbis laudes et antiquitas.
51. Sc. urbem Gaditanam.
52. In formula privilegii Clazomenii, referente Q. Catulo.
53. Sullae mors.

54. Nec iuuenis libidines refraenavit ab inopiâ, nec ab aetate senex; verum Leges connubiales et sumptuarias tulit ciuibus, cum ipse amoribus et adulteriis indulgeret.

*

55. Neque est defessus dominationum Sulla.

*

XXXVII. Pompa funebris Sullae.

56. Vespera.

*

57. Illuminantes forum.

*

58. Philippus, qui aetate et consilio ceteros anteibat.

*

59. Nam tertia tunc erat et sublima nebula coelum obscurabat.

*

XXXVIII. Dissidiae inter Marium et Sullam; quantopere animos Romanorum deperdiderint.

60. Ea paucis quibus peritia et verum ingenium est, abnuentibus.

*

XXXIX. Catulus Consul. Laus Catuli.

61. Sane bonus ea tempestate contra pericula et ambitionem.

*

---

54. Sullae dictatoris vitia.

55. Sullae tyrannis.

56. Sullae exequiae, funebris pompa.

57. Sullae pompa funebris in foro Romano.

58. Philippus defunctum Sullam laudat pro rostris.

59. Sullae exequiae in foro Romano.

60. abnuentibus sc. malas artes, quibus usurpatur respublica.

61. Catuli elogium.

62. Aeque est defensus dominationem Sullae.

*

63. Inter arma civilia aequi bonique famas petiit.

*

XL. Lepidus abrogare tentat leges Cornelias. Asseclas quaerit.

46. Quietam a bellis ciuitatem.

*

65. Multos a pueritiâ bonos insultauit.

*

XLI. Senatus Consulibus provincias adsignat, Galliam Lepido, Italiam Catulo.

66. Uti Lepidus et Catulus decretis exercitibus maturrime proficiscerentur.

*

XLII. Lepidus convocat Marianos in Hetruriam.

67. Magna vis hominum convenerat agris pulsa aut civitate ejecta.

*

68. Nullo certo exilio vagabantur.

*

XLIII. XLIV. Inauguratio Capitolii, Pons sublicius reficitur.

69. . . ne inrumiendi pontis sublicii . . . . licibus cavata essent.

*

---

62. Catuli laus.
63. Catuli laudes.
64. Romam quietam turbare tentat Lepidus.
65. Cethegus Lepidanarum partium factiosus.
66. Decretum Senatûs anno belli Lepidani.
67. Tumultuante M. Lepido proscripti et exsules in Hetruriam conveniunt.
68. Exsules et proscripti a Sullâ, acciti.
69. Aemilius Quaestor pontem sublicium reficit.

XLV. Lepidus bellum parat civile.

70. Argentum mutuum arcessiuit.

*

71. Exercitum argento fecit.

*

72. Quin lenones et vinarii laniique quorum praeterea volgus in dies usum habet, pretio compositi.

*

73. Tunc vero et posci. Dum ceteri ejusdem caussâ ducem Senatûs rati, maximo gaudio bellum irritare.

*

74. Urbe patriâque extorres.

*

XLVI. Senatus Lepidum revocare, sed frustra tentat. Ille arma parat.

75. Prudens omnium, quae Senatus censuerat.

*

76. Togam paludamento mutauit.

*

77. Apud Mutinam.

XLVII. Senatus deliberat, utrum Lepido vi resistendum, an cum eo transigendum sit.

78. Cui nisi pariter obuiam iretur.

*

---

70. Sc. Lepidus pro apparatu belli civilis.
71. Idem.
72. Apparatus Lepidi ad bellum suscitandum.
73. Judicium diversarum partium de Lepido.
74. Proscripti a Lepido advocati.
75. Sc. Lepidus Consul, contra quem Senatus.
76. Lepidus ad bellum civile suscitandum instructus.
77. Brutus castra metatus apud Mutinam, temporibus Lepidi.
78. Catulus Lepido resistendum esse censet.

79. Non poeniturum.

*

80. Quae pacta in conuentione non praestitisset.

*

81. Ergo Senati decreto seruiundumne sit.

*

XLVIII. Catulus Plautinam legem de vi iterum edicit. Arma parat contra Lepidum.

82. Sanctus aliter et ingenio validus.

*

XLIX. Lepidus adversus Romam castra movet. Fugatur a Catulo et Pompejo.

83. Auidior modo properandi factus.

*

84. Lepidum poenitentem consilii.

*

85. Igitur legiones pridie in monte positas arcessiuit.

*

86. In ore gentibus agens, populo, ciuitati.

*

87. Pressi undique multitudine.

*

88. Et ei magnâ voce vehementer gratulabantur.

*

---

79. Sc. suscepti de bello civili consilii, Lepidum.
80. Lepidus semetipsum a perjuria excusans.
81. Lepidus conditiones a Senatu oblatas respuit.
82. Catulus rei militaris non pergnarus.
83. Lepidus cum exercitu contra Romam incedens.
84. Sc. quod susceperat arma movendi.
85. Sc. Catulus legiones in monte Janiculo positas.
86. Sc. exercitus Catuli in proelio ad pontem Milvium.
87. Lepidani a Catulo, et a plebe Romana ad pontem Milvium.
88. Sc. Catulo victori incolae Romani.

L. Senatus Consulibus destitutus, cum hoc anno nulli electi. Lepidum plurimi desiderant, quod semper ad exemplum Octavii et Caepionis se gesserit.

89. Idem fecere Octauius et Quintus Caepio sine gravi cujusquam exspectatione, neque sane ambiti publici.

*

LI. Appius interrex Senatum convocat. LII. Oratio Philippi contra Lepidum, anno U. C. 676.

90. Maxume vellem P. C. remp. quietam esse, aut in periculis a promptissumo quoque defendi; denique praua incepta consultoribus noxae esse. Sed contra, seditionibus omnia turbata sunt, et ab iis quos prohibere magis decebat: postremo, quae pessumi et stultissumi decreuere, ea bonis et sapientibus faciunda sunt. Nam bellum, atque arma, quamquam vobis inuisa, tamen, quia Lepido placent, sumenda sunt. Nisi forte cui pacem praestare, et bellum pati consilium est. Prô, Dii boni, qui hanc urbem omissa cura adhuc regitis! M. Aemilius, omnium flagitiosorum postremus, qui pejor an ingnavior sit, deliberari non potest, exercitum opprimundae libertatis habet, et se e contemto metuendum effecit: vos mussantes et retractantes verbis et vatum carminibus, pacem optatis magis, quam defenditis: neque intelligitis, mollitia decretorum vobis dignitatem, illi metum detrahi. Atque id jure; quoniam ex rapinis consulatum, ob seditionem prouinciam cum exercitu adeptus est. Quid ille ob benefacta cepisset, cujus sceleribus tanta praemia tribuistis? At scilicet, ii, qui, ad postremum usque, legatos, pacem, concordiam, et alia hujuscemodi decreuerunt, gra-

---

89. Ambo suas partes sustinuere, pro Magistratûs officio.
90. Oratio Philippi in Senatu contra Lepidum.

tiam ab eo peperere? Immo despecti et indigni rep. habiti, praedae loco aestumantur: quippe metu pacem repetentes, quo habitam amiserant. Equidem a principio, cum Etruriam conjurare, proscriptos accersiri, largitionibus rempubl. lacerari videbam; maturandum putabam et Catuli consilia cum paucis secutus sum. Ceterum illi, qui gentis Aemiliae benefacta extollebant, et ignoscendo populi Romani magnitudinem auxisse, nusquam etiam tum Lepidum progressum ajebant, cum privata arma opprimundae libertatis cepisset sibi quisque opes aut patrocinia quaerendo, consilium publicum corruperunt. Attamen erat Lepidus latro cum calonibus et paucis sicariis; quorum nemo diurna mercede vitam mutauerit: nunc est Proconsul cum imperio, non emto, sed dato a vobis; cum legatis adhuc jure parentibus; et ad eum concurrêre homines omnium ordinum corruptissumi; flagrantes inopiâ et cupidinibus, celerum conscientiâ exagitati; quibus quies in seditionibus, in pace turbae sunt: hi tumultum ex tumultu, bellum ex bello serunt, Saturnini olim, post Sulpicii, dein Marii Damasippique, nunc Lepidi satellites. Praeterea Etruria atque omnes reliquiae belli arrectae: Hispaniae armis sollicitatae: Mithridates in latere vectigalium nostrorum, quibus adhuc sustentamur, diem bello circumspicit: quin praeter idoneum ducem, nihil abest ad subuortundum imperium. Quod ego vos oro atque obsecro, P. C. ut animaduortatis neu patiamini licentiam scelerum quasi rabiem ad integros contactu procedere. Nam, ubi malos praemia sequuntur, haud facile quisquam gratuito bonus est. An exspectatis, dum, exercitu rursus admoto, ferro atque flammâ urbem inuadat? quod multo propius est ab

eo, quo agitat, statu, quam ex pace et concordia ad arma ciuilia; quae ille advorsum diuina et humana omnia cepit, non pro sua, aut quorum simulat injuria, sed legum ac libertatis subuortundae. Angitur enim, ac laceratur animi cupidine et noxarum metu, expers consilii, inquies, haec atque illa tentans, metuit etiam, odit bellum; luxu atque licentia carendum videt atque interim abutitur vestra secordia. Neque mihi satis consilii, metum an ignauiam, an dementiam eam adpellem: qui videmini intenta mala, quasi fulmen, optare, se quisque ne attingat; sed prohibere, ne conari quidem. Et quaeso considerate, quam conuersa rerum natura sit. Antea malum publicum occulte, auxilia palam instruebantur, et eo boni malos facile anteibant; nunc pax et concordia disturbantur palam; defenduntur occulte. Quibus illa placent, in armis sunt: vos in metu. Quid exspectatis? nisi forte pudet, aut piget recte facere. An Lepidi mandata animos mouent? qui placere ait, sua cuique reddi; et aliena tenet: belli jura rescindi; cum ipse armis cogit: ciuitatem confirmari, qui ademtam negat: concordiae gratiâ plebi tribuniciam potestatem restitui, ex qua omnes discordiae accensae. Pessume omnium atque impudentissume, tibine egestas ciuium, et luctus curae sunt? cui nihil est domi, nisi armis partum, aut per injuriam? alterum consulatum petis! quasi primum reddideris: bello concordiam quaeris! quo parta disturbatur: nostri proditor, istis infidus, hostis omnium bonorum. Ut te neque hominum, neque Deorum pudet, quos perfidiâ, aut perjurio violasti! Qui, quando talis es, maneas in sententia, et retinere arma, te hortor: neu prolatandis seditionibus, inquies ipse, nos in sollicitudine retineas. Neque te pro-

uinciae, neque leges, neque Dii penates ciuem patiuntur. Perge, qua coepisti, ut quum maturrume merita inuenias. Vos autem P. C. quousque cunctando remp. intutam patiemini, et verbis arma tentabitis? Delectus aduorsum vos habiti, pecuniae publice et priuatim extortae, praesidia deducta atque imposita; ex lubidine leges imperantur; cum interim vos legatos et decreta paratis. Et quanto, me hercule, avidius pacem petieritis, tanto bellum acrius erit; cum intelleget, se metu magis quam aequo et bono sustentatum. Nam qui turbas et caedem civium odisse ait, et ob id, armato Lepido, vos inermes retinet; quae victis toleranda sunt, ea, cum facere possitis, patiamini potius censet. Ita illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum suadet. Haec si placent; si tanta torpedo animos oppressit, ut obliti scelerum Cinnae, cujus in urbem reditu, decus ordinis hujus interiit, nihilominus vos, atque conjuges et liberos, Lepido permissuri sitis: quid opus decretis? Quid auxilio Catuli? quin is et alii boni remp. frustra curant. Agite uti lubet; parate vobis Cethegi, atque alia proditorum patrocinia, qui rapinas et incendia instaurare cupiunt, et rursus adversum deos penates manus armare. Sin libertas et bella magis placent; decernite digna nomine, et augete ingenium viris fortibus. Adest nouus exercitus, et ad hoc coloniae veterum militum, nobilitas omnis, duces optumi; fortuna meliores sequitur. Jam illa quae collecta sunt, secordia vestra dilabentur. Quare ita censeo: quoniam Lepidus exercitum priuato consilio paratum, cum pessumis et hostibus reip. contra hujus ordinis auctoritatem ad urbem ducit; ut Appius Claudius interrex cum Q. Catulo proconsule, et ceteris, quibus imperium est,

urbi praesidio sint: operamque dent, ne quid respublica detrimenti capiat.

*

LIII. Lepido bellum indicitur. LI. Catulus et Pompejus adversus Lepidum arma movent. Brutus Mutinam Pompejo dedit.

91. Apud Mutinam.

*

LVV. Lepidus castra figit sua apud Cosam, obsidetur a Catulo.

92. Cosa.

*

93. Dubium an insula sit, quod euri atque austri superjactis fluctibus circum lauit.

*

94. Tyrannumque et Cinnam adpellantes.

*

95. Incruento exercitu victoriam reportare.

*

96. Locum editiorem quam victoribus decebat.

*

LVI. Comitia Romae habita. Lepidus, hostis reipublicae declaratur. Brutus et Mamercus Coss. eliguntur.

97. Curionem quaesiuit, ut adulescentior et populi suffragiis integer, aetati concederet Mamerci.

*

---

91. Pompejus movet castra apud Mutinam.

92. Lepidi fuga ad portum Cosae in Hetruria.

93. Portus Herculis prope Cosam.

94. Convitia militum in Lepidum.

95. Catuli victoria de Lepido circumvento ad Cosam.

96. Catuli castra prope Cosam.

97. Appius interrex Curioni candidato suadet etc.

LVII. Appius interrex et Procos. castra movet contra Dalmatiam, Thraciam et Illyriam. Servilius contra Cilices.

98. Feroces Dalmatas.

*

99. Itaque Seruilius aegrotum Tarenti collegam prior transgressus.

*

LVIII. Appius plures earum gentes debellat. Mors Oppii.

100. Gens raro egressa fineis suos.

*

101. Eam deditionem Senatus per nuncios Orestis cognitam, adprobabat.

*

102. Aenum et Maroneam, et viam militarem.

*

---

98. Dalmatia, Thracia, Moesia ab Appio domitae.

99. Appius in Macedoniam, Servilius in Siciliam iter facientes.

100. Sarmatica, aut quaedam e gentibus Thraoicis.

101. Deditionem Moesorum accipit Orestes Appii legatus.

102. Iter legionum Appii Proconsulis e Thracia ad Dyrrhachium.

## C. SALLUSTII CRISPI

# HISTORIARUM.

## LIBER SECUNDUS.

---

### I. Sertorii vita et res gestae.

1. M. Lepido cum omnibus copiis Italiâ pulso, segnior neque minus grauis, sed multiplex cura patres exercebat.

*

2. Quippe vastâ Italiâ rapinis, fugâ, caedibus.

*

3. Ardebat omnis Hispania citerior.

*

4. Maxumeque ferocia Regis Mithridatis in tempore bellaturi.

*

5. Magnâ gloriâ Tribunus militum Tito Didio imperante, magno usu bello Marsico, paratu

---

1. De curis Senatus Italiâ pulso Lepido.
2. Cura patrum de reparandâ Italiâ vastatâ bellis civilibus.
3. Excitante Sertorio: quae cura patres exagitabat.
4. Minae Mithridatis, una ex curis Senatûs.
5. Sertorii juventus et elogium.

militum et armorum fuit: multaque tum ductu ejus curata, primo per ignobilitatem, deinde per inuidiam proscriptorum celata sunt. Cominus faciem suam ostentabat aliquot aduorsis cicatricibus et effosso oculo. Quo ille dehonestamento corporis maxume laetabatur; neque illis anxius, quia reliqua gloriosius retinebat.

*

II, III. Sertorius, cui tribunatus denegatur, ad partes Marii et Cinnae confugit. Hispaniam petit.

6. Hispaniam maturauit occupare.

*

IV. Sulla mittit contra eum Annium, qui Sertorium ex Hispania pellit.

7. Cum Sertorius neque erumpere tam leui copiâ, navibus fugam maturabat.

*

8. Ad hoc pauca piraticae adjungit et actuaria nauigia.

*

9. Neque jam sustineri poterat immensum, aucto mari et vento gliscenti.

*

10. Tartessum Hispaniae ciuitatem, quam nunc Tyrii, mutato nomine, Gadir habent.

*

---

6. Sc. Sertorius a Sulla proscriptus.

7. Sertorius ab Annio deprehensus, naves conscendit. Annius Sertorium ex Hispania pellit.

8. Sertorius in congressu navali contra Annium ad insulam Pithusam.

9. Orta tempestas in pugna navali Sertorium inter et Annium.

10. Sertorius ad Tartessum se confert.

V. Sertorius consilium capit, adire Insulas fortunatas.

11. Ibi anxius animi atque incertus.

*

12. Traditur fugam in longinqua Oceani agitavisse, cujus duas insulas proxumas inter se et decem millia stadiûm procul a Gadibus sitas constabat suopte ingenio alimenta mortalibus gignere.

*

13. Insulae fortunatae.

*

14. Et Poeni ferunt adversus Africam nancisci contra meridiem.

*

15. Et inclutae Homeri carminibus.

*

16. Maurique vanum genus, ut alia Africae, contendebant Antipodes ultra Aethiopiam cultu Persarum, justos et egregios agere.

*

VI. Milites, cum illud consilium respuerent, in Africam ducit Sertorius. Urbem Tingin capit.

17. Rumore primo.

*

18. Quem ex Mauritania rex Ascalisiphta, proditionis insimulatum, cum custodibus miserat.

*

---

12. Sertorius ex Hispania fugatus ad insulas fortunatas meditatus navigare, cum Hispaniâ ab Annio, Africâ a Mauris avertitur. Descriptio insularum duarum ex fortunatis.

13. 14. Insulae fortunatae et inclutae carminibus sunt.

14. 15. De iisdem insulis.

15. In earundem descriptione.

16. Sc. qui percrebuit Sertorium ad insulas fortunatas nauigare, a Cilicibus deseritur.

17. Sertorii expeditio in Africa contra Mauretaniae regem.

VII. Revocatur Sertorius a Lusitanis.

19. Genus armis ferox et seruitii insolitum.

*

20. Itaque Sertorius, leui praesidio relicto in Mauritaniâ, nactus obscuram noctem aestu secundo, furtim ac celeri rate vitare proelium in transgressu conatus est.

*

21. Transgressos omneis recipit mons Bellona, praeceptus a Lusitanis.

*

VIII. Sertorius Romanis bellum infert; fugat Fusidium.

22. Antequam regressus Sertorius instrueret pugnae suos.

*

23. Ictu eorum qui in flumine ruebant, necabantur.

*

24. Et mox Fusidius adueniens cum legionibus, postquam tantas spiras, unum haud facilem pugnantibus vadum, cuncta hosti quam suis opportuniora videt.

*

25. Suos equites hortatus vado transmittit.

*

26. Lusitaniae grauem civitatem.

*

---

19. Sc. Lusitani. Sertorii navigatio ex Africâ in Hispaniam.

21. Sertorius ad Lusitaniam adpellit.

22. Proelium inter Sertorium et Fusidium ad trajectum Boetis.

23. Proelium equestre ad flumen Boetim Sertorii contra Fusidium.

24. Eodem proelio.

25. vado Sc. Boetis, eodem proelio, Sertorius.

26. Sertorius Eboram venit, fugato Fusidio.

IX. Lepidus (cf. Lib. 1. c. 55.) a Catulo obsessus, evadit, et se recipit in Sardiniam. Perpenna, legatus ejus Siciliam petit.

27. Genus militum suetum a pueritiâ latrociniis.

*

X. Sardiniae descriptio.

28. Sardinia in Africo mari facie vestigii humani in occidentem latior prominet; inde Jchnusa adpellata. (Jchnusam, quod formam habet vestigii humani.)

*

29. Trojanorum tempore, inuadendarum terrârum caussa, fuerat navigatio.

*

30. Sardis Hercule procreatus cum magnâ multitudine a Lybiâ profectus, insulam occupavit, et ex suo vocabulo insulae nomen indidit.

*

31. Apollinis filio et Cyrenes.

*

32. Aristaeus post laniatum a canibus Actaeonem filium, matris instinctu Thebas reliquit et Coam insulam tenuit primo adhuc hominibus vacuam: post, eâ relictâ, cum Daedalo ad Sardiniam transitum fecit.

*

33. Daedalum ex Sicilia profectum cum Minois fugeret iram atque opes.

*

---

27. Sardi.

28. Descriptio Sardiniae in bello Lepidano.

29. Navigationes in Sardiniam tempore belli Trojani.

30. Sardiniae antiquitates.

31. 32. Aristaeus, Appollinis et Cyrenae filius.

33. Descriptio Geographica Sardiniae.

34. Daedalus primo Sardiniam, post delatus est Cumas.

*

35. Geryonis.

*

36. Mox Aristaeum regnando his proxumum asserunt in urbe Caralis, quam condiderat ipse, conjuncto populo utriusque sanguinis, sejuges usque ad se gentes ad unum morem conjugasse, imperium ex insolentiâ nihil adspernatas.

*

37. Multi post exscidium Trojae, orbis divorsa tenuere, Capys Campaniam, Helenus Epirum, Antenor Venetiam, alii Sardiniam.

*

XI. Descriptio Sardiniae Geographica.

38. Terra patet in longitudine millia CXL. latitudine XL.

*

39. In eâ neque serpens gignitur, neque lupus, sed solifuga tantum, animal exiguum, hominibus perniciosum. Venenum ibi quoque non nascitur, nisi herba quae Sardoa dicitur, apiastro similis, quae comesa ora rictus dolore contrahit, et quasi ridentes interimit.

*

XII. Corsicae descriptio.

40. Sed ipsi ferunt taurum ex grege quem prope littora regebat Corsa, nomine Ligus mulier, cum transnatare solitum, atque per intervalla corpore aucto remeare videret, cupiens scire incognita sibi pabula, taurum a ceteris digredientem usque ad insulam navigio

---

34. 35. 36. Antiq. Sard. (Norax Geryonis fil. Noram condit.)

37. Coloniae in Sardiniam post bellum Trojanum missae.

38. Descriptio Sardiniae. 39. Item.

40. Mulier Ligus Corsicam insulam detegit.

prosecuta est. Cujus regressu insulae fertilitatem congnoscentes Ligures, ratibus eo profecti sunt, eamque nomine auctoris et ducis adpellaverunt.

*

41. Ne illa tauro parta sit.

*

XII. Lepidus a Triario, Propraetore Sardiniae, saepius fugatus, ab uxore sua deceptus, aerumnis confectus, moritur..

42. Genus militum suetum a pueritia latrociniis.

*

43. Nihil ob tantam mercedem abnuiturum.

*

44. Insanum aliter suâ sententiâ, atque aliarum mulierum.

*

45. Sic vero quasi formidine attonitus, neque animo, neque auribus, aut lingua competere.

*

46. Lepidum poenitentem consilii.

*

47. Tharros.

*

48. Postremo ipsos colonos, per miserias et incerta generis humani orare.

*

---

41. Eodem argumentô. Negant alii detectionem Corsicae per mulierem Ligus, verentes, ne illa etc.

42. Sardi in exercitu Lepidi.

43. In epistola Apulejae, Lepidi uxoris, ad suum moechum, quam Lepidus intercepit.

44. Loquitur Apuleja de Lepido suo viro, in epistolâ ad amasium.

45. Sc. Lepidus, cognito Apulejae uxoris adulterio.

46. Sc. invadunt animi angustiae.

47. Lepidus in Sardinâ profugus ad Tharros adplicat.

48. Lepidi servi Tharranos colonos pro Lepido aegrotante deprecantur, ut eum dignentur excipere in urbe, ubi paullo post mortuus Lepidus.

XIV. Perpenna, Siciliam derelinquens, Hispaniam petit.

49. Perpenna, tam paucis profectus, vera est aestumanda.

*

50. Perrexere in Hispaniam aut Sardiniam.

*

XV. Comitia Romae habita. Quid de Lepidanis statuendum? disceptatur. In gratiam recepti sunt, suadente Julio Caesare.

51. Nisi cum ira belli desenuisset.

*

XVI. Sertorius in Hispania. Elogium ejus.

52. Ingens ipse virium atque animi.

*

53. Eâ continentiâ vir gravis, nec ulla arte cuiquam inferior.

*

54. Belli sane sciens.

*

55. Rebus supra votum fluentibus.

*

56. Et in proeliis actu promtus.

*

XV. Metellus in Hispaniam mittitur ad debellandum Sertorium.

57. Noctu, diuque stationes et vigilias tentare.

---

49. Perpenna Siciliam frustra tentat invadere.

50 Sc. legiones Perpennae.

51. Julius Caesar ignoscendum esse Lepidanis censet in orat. pro Cinna.

52. Sertorius.

53. Sertorii elogium.

54. In eodem.

55. Sc. non fuit Sertorius elatior.

56. Sertorii activitas et sagacitas militaris.

57. Vigilias castrorum Metelli furtim tentat Sertorius.

58. Dum inferior omni viâ grassaretur.

*

XVIII. Domitius a Metello advocatur. Hirtulejus, Quaestor Sertorii, pluries debellat Metellum.

59. Domitium proconsulem ex citeriore Hispaniâ, cum omnibus copiis, quas paraverat, arcessivît.

*

60. Occupatusque collis editissumus apud Ilerdam, et cum multa opera circumdata.

*

XIX. Metellus Lacobrigam obsidet, sed fugatur a Sertorio.

61. Dum inferior omni viâ grassaretur.

*

62. Ac deinde nullâ munitionis aut requie mora praecessit ad oppidum.

*

63. Quos inter maxume.

*

64. Consedit in valle virgulta, nemorosaque.

*

XX. Hispanorum amor erga Sertorium. Sertorius Senatum e civibus Romanis constituit.

65. Equo atque armis insignibus.

*

---

58. Sertorius astutiis Metellum fatigat.
59. Domitius Proconsul a Metello advocatur.
60. Hirtuleji castra posita apud Ilerdam in Tarraconensi.
61. Sertorius, Metellum secutus.
62. Metelli iter, ad obsidendam Lacobrigam.
63. Sertorius inter Mauros maxime pernices quosdam seligit, qui Lacobrigam plenos utres portarent.
64. Sertorius insidias in nemore ponit Aquino Metelli Legato.
65. De Hispanis.

XXI. XXII. Perpenna reliquias exercitus Lepidani perducit ad Sertorium. XXIII. Octavius et Curio Coss. Pompejus in auxilium Metelli, Hispaniam mittitur.
XXIV. Alpes transgreditur, Narbonem venit.

66. Narbone consilia Gallorum.

*

XXV. Prodigia.

67. Ventis per cava terrae citatis, rupti aliquot montes tumulique sedere.

*

68. Atque hiavit humus multa, vasta et profunda.

*

69. Nam tetra tunc erat, et sublima nebula coelum obscurabat.

*

XXVI. Pestis et fames.

70. Nam ex aëris et aquae corruptione frugibus infectis gravis etiam animantibus pestilentia coorta est.

*

71. Prima mox Japidiam ingressus.

*

72. Ne simplici quidem morte moriebantur.

*

73. Inde morbi graves ob inediam insolita vescentibus.

*

---

66. Pompejus et Fontejus concilia Gallorum convocant.
67. Prodigia, terrae motus, Reate, Apomeâ etc.
68. Terrae motus Reate.
69. Terrae motus.
70. Pestis in Europâ coortâ.
71. Pestilentia per Japidiam grassata — sc. morbus.
72. Pestis.
73. Pestis ex fame exorta.

XXVII. Factiones Tibunitiae iterum Romae ortae. Controversiae inter Sicinium tribunum et Curionem Consulem.

74. Post reditum eorum, quibus Senatus belli Lepidani gratiam fecerat.

*

75. Octavium mitem et captum pedibus.

*

76. Quia corpore et lingua percitum et inquietem nomine histrionis vix sani, Barbuleum adpellabat.

*

XXVII. Bellum contra Piratas. Origines Piratarum.

77. Carae insulani populi piraticâ famosi, victi a Minoe.

*

78. Apud Corycum.

*

XXIX. Proteguntur a regibus Aegypti et Ponti.

79. Illum nautis forum.

*

XXX. Respublica piratarum Cilicum. XXXI. Piratae Italiam invadunt, Praetorem Bellienum capiunt.

80. Et forte in navigando cohors una grandi phaselo vecta a ceteris deerravit, marique placido a duobus praedonum myoparonibus circumventa.

*

---

74. Tribunitia factio vires auxisse sperabat.

75. Octavium podagra laborantem pro rostris deridet Sicinius.

76. Dicterium Sicinii in Curionem.

77. De origine Piratarum, initio belli Piratici, Servilio Consule.

78. In bello Servilii Isaurici contra piratas Cilices.

79. Insula Delos forum nautis.

80. Bellienus Praetor a piratis capitur.

XXXII. Ad Tiberis ostium adpellunt, Cajetam tendunt, immo Romae portas.

81. Ostium.

*

XXXIII. Senatus Servilium cum classe contra eos mittit. Pugna navalis ad Pataram. Fugantur piratae.

82. Immane quantum animi exarsere.

*

83. Itaque Servilius aegrotum Tarenti collegam prior transgressus.

*

84. Ille vero portu solvit, postquam Sidetarum paronas exarmasset. Rhodiis enim auxilium laturi venerant.

*

XXXIV. Ad Olympum et Phaselida confugiunt piratae. Expugnantur urbes a Servilio.

85. Ad Olympum atque Phaselida.

*

86. Lyciae Pisidiaeque agros despectantem.

*

XXXV. Nicon, piratarum dux, qui se in Pamphyliam receperat, a Servilio debellatur. Descriptio specus ad urbem Corycum.

87. Fessus in Pamphyliam se receperat.

*

88. Iter vortit ad Corycum urbem inclutam specu atque nemore, iu quo crocum gignitur.

*

---

81. Praedones Ciliciae ad Tiberis ostium adpellunt.

82 Sc. animi Senatus, direpta a piratis ostia et captâ Antonii.

83. Appius in Macedoniam, Servilius in Siciliam iter facientes.

84. Servilius Cos. bello Piratico.

85. Urbes praedonum a Servilio expugnatae.

86. Castellum Olympi.

87. Nicon Piratarum dux a Servilio debellatur.

88. Servilius Isauricus in bello Praedonum.

XXXVI. XXXIX. Servilius Isauriam capit.

89. Nisi qua flumen Lurda Tauro monte defluens.

*

90. Saxaque ingentia et axe vinctae trabes per pronum incitabantur, axibusque eminebant in modum ericii militaris, veruta binum pedum.

*

XL. Captos praedones Servilius Romam perducit. Triumphus Servilii. Caussae, a quibus ex hoc bello parum utilitatis fluxerit.

91. Visuros.

*

92. Ibi triennio frustra trito.

*

93. Parte consumptâ, ad diuturnitatem usus reliqua cadavera sallerent.

*

XLI. Pompejus exercitum in Hispaniam movet. (cf. nro XXIV.) XLII. Sertorius ei obviam it, Charicitanos per astutias fallens.

94. Orion oritur justa solis aestivi pulsum.

*

95. Medio diei.

*

---

89. Isauri a Servilio obsessi situs et descriptio. Aqua destituit ur, nisi qua Lurda flumen moenia appulit.

90. Defensio Isaurorum a Servilio obsessorum.

91. Sc. captos in Isauriâ praedones festinantes undique concurrere.

92. Triennale bellum a Servilio frustra gestum, cum piratae statim emergerent.

93. Mos praedonum Ciciliae pro victu.

94. Quo tempore Sertorius Charicitanos pulvere moto suffocaverit.

95. Hâc horâ Sertorius contra Charicitanos pugnat.

XLIII. Pompejus in Celtiberiam tendit, et quidem ad Pollentiam prope Saguntum, tum Lauronem.

96. Saguntinum.

*

97. Belli sane sciens . . . . Militiae peritus . . Id Jovi mandet nostro.

*

XLIV. Debellatur Pompejus a Sertorio ad urbem Lauronem.

98. Queis a Sertorio triplices insidiae per idoneos saltus positae erant. Prima, qui fronte venientes acciperet.

*

99. Equi sine rectore exterriti aut saucii consternantur.

*

100. Neque se recipere aut instruere proelio quivere.

*

101. Dubitavit acie pars.

*

XLV. Sertorius Lauronem expugnat.

102. Et propterea validam urbem multos dies restantem pugnando vicit.

*

XLVI. Sertorius Contrebiam expugnat. Metellus a Hirnulejo obsessus, ita ut cum Pompejo jungere se nequiret.

103. Vespera.

*

---

96. Pompejanorum iter in Hispania.
97. Sertorii convitia in Pompejum.
98. Insidiae apud Lauronem Pompejo positae a Sertorio.
99. Equi legionum Pompeji in pabulatione apud Lauron.
100. Equites Pompeji ibidem.
101. Sc. aciei Pompejani in hoc. proelio.
102. Sertorius Lauronem expugnat.
103. Expugnatio Contrebiae.

104. Sed Metellus in ulteriore Hispania.

*

105. Incruento exercitu victoriam reportare.

*

XLVII. Sertorius in hibernas se recipit.

106. At Sertorius vacuus hieme augere copias.

*

107. Hispaniam sibi antiquam patriam esse.

*

108. Exercitum more majorum vortere.

*

109. Hispanis mos est, ut in bella euntibus juvenibus parentum facta memorentur a matribus.

*

110. Neque virgines nuptum a parentibus mittebantur. Sed ipsae belli promptissumos delegebant.

*

XLVIII. Pompejus in hibernas ad montes Pyrenaeos se recipit.

111. Illo profectus vicos castellaque incendere, et fugâ cultorum deserta igni vastare; neque elato aut securo esse animo, metû gentis ad furta belli peridoneae.

*

---

104. 105. Metellus ab Hirtulejo obsessus, ita ut hic victoriam incruentam reportare censeretur, cum conjunctionem illius cum Pompejo impedisset.

106. Sertorius in hibernis apud Celtiberos.

107. Sertorii dictum ac sententia.

108. Sertorius Hispanos more Romanorum, in legiones dispescit.

109. Hispanorum mores.

110. Descriptio Hispaniae, populorumque mores.

111. Pompejus e hibernis in hostes incurrit.

112. Modestus ad omnia alia, nisi ad dominationem.

*

113. Pompejus cum alacribus saltu, cum velocibus cursu, cum validis vecte certabat. Neque enim ille aliter potuisset par esse Sertorio, nisi se et milites frequentibus exercitiis praeparauisset ad proelia.

*

XLIX. Nova aestas exercitus ex hiematione in campum reducit. Sertorius Perpennam ad Ilarcaones mittit.

114. Nova aestas.

*

L. Proelium apud Italicam. Fugatur Hirtulejus a Metello.

115. Apud latera certos conlocaverat.

*

116. Medio diei.

*

117. Ut sustinere corpora plerique nequeuntes, arma sua quisque fessi stantes incumberent.

*

118. Jussu Metelli cornicines occanuere.

*

119. Occurrere duces et proelium accendere, adeo uti Metello in sagum, Hirtulejo in brachium tela venirent.

*

---

112. Pompejus scilicet.
113. Virtus et vigilantia Pompeji in hibernis in Hispania.
114. Exercitum ex hyematione in campum adducit.
115. Aciei ordo apud Italicam in Baetica: praelium.
116. Proelium.
117. Signum proelii apud Italicam contra Hirtulejum.
118. Hirtuleji milites pugnando ap. Italicam.
119. Ducum impetus.

LI. Metellus debellat Hirtulejos fratres iterum apud Segoviam. Interimuntur Hirtuleji.

120. Itineris eorum Metellus per literas gnarus.

*

LII. Pompejus castra movet in Sertorianos duces, Herennium et Perpennam, et capit Valentiam.

121. Inter laeva moenium et dextrum flumen Turiam, quod Valentiam parvo intervallo praeterfluit.

*

LIII. Sertorius et Pompejus sibi obviam eunt. Proelium anceps apud Sucronem.

122. Nam procul et divorsis regionibus.

*

123. Obviam fuere.

*

124. Vespera.

*

125. Neque inermos ex proelio viros quemquam agnoturum.

*

126. Equo atque armis insignibus.

*

127. Castra sine vulnere introitum.

*

---

120. Sc. Hirtulejorum fratrum post proelium Italicense.

121. Herennius et Perpenna castra metantur prope Valentiam.

122. Metellus et Pompejus agebant in Hispaniis: hic in interiore, ille in ulteriore.

123. Sertorii et Pompeji congressus.

124. 25. Pugna ad Sucronem fluvium. Sertorius fugientes objurgat.

126. Pompejum Hispani victores insequuntur ad Sucronem.

27. Afranius castra Sertorianorum diripit ad Sucronem.

LIV. LV. LVI. Metellus jungit exercitum suum cum illo Pompeji.

128. Inde ortus sermo, percunctantibus utrimque: satin' salve; quam grati ducibus suis? quantis familiaribus copiis augerentur?

*

129. Obviam fuere.

*

LVII. Sertorianorum animi, subito Sertorii artificio elati. Pompejus et Metellus exercitum suum reducunt ad Saguntum.

130. Ut tanta repente mutatio non sine deo videretur.

*

131. Saguntium.

*

132. Saguntini, fide atque aerumnis incluti per mortalium studium majores, quam opibus, quippe quîs etiam tum semiruta moenia. domus intectae, parietesque templorum ambusti manus Punicas ostentabant.

*

LVIII. Sertorius Saguntum obsedit, Hispani tamen a Metello fugantur.

133. Avidis ita promptisque ducibus, ut Metellus ictu tragulae sauciaretur.

*

134. Immane quuntum animi exarsere.

*

128. In congressu familiari amborum exercituum Pompeji et Metelli in Hispania.

129. Metelli et Pompeji congressus.

130. Sertorianorum animi subito ducis artificio elati.

131. Metellus et Pompejus Saguntum revertuntur.

132. Saguntini a Pompejo civitate donati, — Proelium apud Saguntum Sertorii contra Romanos.

133. Metelli periculum in eo.

134. Animi militum vulnerato duce suo.

135. Quo cupidius in ore ducis se se quisque bonum et strenuum ostentantes.

*

LIX. Metellus, quamvis vulneratus fuit, Hispanos persequitur. Sertorius milites suos demittit, in Calagurim se recipiens.

136. Sed Metellus in vulnere.

*

137. Diuorsa, uti solet, rebus perditis, capessunt. Namque alii fiduciâ gnaritatis locorum in occultam fugam sparsi; alii globis eruptionem tentavere.

*

138. Sertorius portis turba morantibus, nullo, ut in terrore solet, generis aut imperii discrimine, per calonum corpora ad medium quasi deinsuper instantium manibus in murum attolitur.

*

LX. — LXII. Calaguris obseditur a Metello. Sertorius evadit, Calagurim obsidione eximit, ducesque Romanos cogit, finem imponere bello. Metellus in Baeticam redit. Hibernae ejus. Luxuriae.

139. At Metellus in ulteriorem Hispaniam post annum regressus, magnâ gloriâ concurrentium undique virile et muliebre sexus, per vias ac tecta omnium visebatur, quum Quaestor C. Urbinius aliique, cognitâ voluntate, eum ad coenam invitaverant; ultra Romanorum et mortalium etiam morem curabant, exornatis aedibus per aulaea et insignia, scenisque ad ostentationem histrionum fabri-

135. Quisque Romanorum in discrimine Metelli ap. Sagunt.
136. Tamen victor Hispanos insequitur.
137. Hispani post cladem Saguntinam.
138. Apud Calagurim, ubi Sertorius victus aufugerat.
139. Honores Metello habiti in Baetica.

catis; simul croco sparsa humus, et alia in modum templi celeberrumi. Praeterea cum sedenti transenna demissum Victoriae simulacrum cum machinato strepitu tonitruum coronam capiti imponebat, tum venienti, thure quasi deo supplicabatur. Toga picta plerumque amiculo erat ei accumbenti: epulae quaesitissumae: neque per omnem modo provinciam, sed trans maria ex Mauritaniâ volucrum et ferarum incognita antea plura genera: quibus rebus aliquantam partem gloriae dempserat, maxume apud veteres et sanctos viros, superba illa, gravia, indigna Romano imperio existumantes.

*

140. Senectâ jam aetate.

*

LXIII. LXIV. L. Octavius et Cotta Coss. Fames Romae.

141. Namque his, praeter solita vitiosis magis aestatibus, cum per omnem provinciam infoecunditate biennii grave pretium fructibus esset.

*

142. Multique commeatus interierant insidiis latronum.

*

143. Eos qui malum publicum clandestinis consiliis comparaverant.

*

144. Festinantibus in summiâ inopia patribus.

*

---

140. Metelli luxuriae, quamvis senescentis.

141 Romae fames: annonae penuria in Italia, Galliâ, Hispania.

142. Quae caussa fuit penuriae et famis in urbe Roma.

143. Seditio pl. Rom. orta contra magistratus, tempore famae.

144. Tumultus Romae ortus contra Cottam, ex hac causa.

LXV. Oratio Cottae ad populum. Per eam tumultus sedatur.

145. Quirites, multa mihi pericula domi, militiae multa advorsa fuere: quorum alia toleravi, partim repuli deorum auxiliis, et virtute meâ: in quis omnibus, neque animus negotio defuit, neque decretis labos. Malae secundaeque res, opes, non ingenium, mihi mutabant. At contra in his miseriis cuncta me cum fortunâ deseruere. Praeterea senectus, per se gravis, curam duplicat: cui misero, senectâ jam aetate, ne mortem honestam sperare licet. Nam si parricida vestri sum et bis genitus hic deos Penates meos, patriamque et summum imperium vilia habeo: quis mihi vivo cruciatus satis est, aut quae poena mortuo? Cum omnia memorata apud inferos supplicia scelere meo vici. A prima adulescentiâ in ore vestro privatus, et in magistratibus egi: qui linguâ, qui consilio meo, qui pecunia voluere, usi sunt: neque ego callidam facundiam, neque ingenium ad malefaciundum, exercui; avidissumus privatae gratiae maxumas inimicitias pro Republicâ suscepi; quis victus cum illâ simul, quum egens alienae opis, plura mala exspectarem: vos, Quirites, rursus mihi patriam, deosque Penates cum ingenti dignitate dedistis. Pro quibus beneficiis vix satis gratus, si singulis animam, quam nequeo, concesserim. Nam vita et mors jura naturae sunt: uti sine dedecore cum civibus, famâ et fortunis integer agas, id dono datur atque accipitur. Consules nos fecistis, Quirites, domi bellique impeditissuma republica. Namque imperatores Hispaniae, stipendium, milites, arma, frumentum poscunt; et id res cogit; quoniam post defectionem Sociorum et Ser-

145. Oratio C. Cottae Cos. ad populum Romanum de penuria.

torii per montes fugam neque manu certare possunt, neque utilia parare. Exercitus in Asia Ciliciaque ob nimias opes Mithridatis aluntur. Macedonia plena hostium est: nec minus Italiae maritima, et provinciarum: quum interim vectigalia parva, et bellis incerta, vix partem sumtuum sustinent: ita classe, qua commeatus vehebatur, minore quam antea navigamus. Haec si dolo aut secordia nostra contracta sunt, agite, et uti lubet ita; supplicium sumite; sin communis fortuna asperior est, quare indigna vobis, nobisque, et Rep. incipitis? Atque ego, cujus aetati mors propior est, non deprecor; si quid ea vobis incommodi demitur: neque mox ingenuo corpori honestius, quam pro vestra salute, finem vitae fecerim. Adsum en! C. Cotta Consul facio, quod saepe majores asperis bellis fecere: voveo dedoque me pro Rep., quam deinde, cui mandetis, circumspicite. Nam talem honorem bonus nemo volet, quum fortunae et pacis, et belli ab aliis acti, ratio reddenda, aut turpiter moriendum sit. Tantummodo in animis habetote, non me ob scelus aut avaritiam caesum, sed volentem pro maxumis beneficiis animam dono dedisse. Per vos igitur, Quirites, et gloriam majorum, tolerate advorsa et consulite Reipublicae. Multa cura summo imperio inest, multi ingentes labores: quos nequidquam abnuitis, et paucis opulentiam quaeritis: cum omnes provinciae, regna maria terraque aspera, aut fessa bellis sint.

*

LXVI. Cotta cum Opimio tribuno conspirat, ad restituenda jura tribunatus.

[illegible] Legem in concione tulit repugnante nobili.

[illegible] Lex Aurelia C. Cottae Cos. quaedam [illegible] Trib. restituit.

tate, magno populi studio: ut iis, qui Tribuni pl. fuissent, alios quoque magistratus capere liceret.

*

LXVII. Legem fert Cotta, qua potestas judiciaria a Senatoribus ad Equites transfertur.

147. Idem fecêre Octavius et Q. Caepio sine gravi cujusquam exspectatione, neque sane ambiti publici.

*

LXVIII. Curio praeficitur exercitui contra Macedones. Legionis cujusdam seditio.

148. Maturaverunt exercitum Dyrrhachium cogere.

*

149. Vulcanaliorum die ibidem moratus . . . religione Vulcanaliorum impeditus.

*

150. Copiis integra.

*

151. Circumuenti, dextera unde ferrum aberat, saxa aut quid tale capiti affigebant.

*

LXIX. Curio in Dardaniam arma movet.

152. Dardania sic dicta a Rege Dardanorum Mida, qui Phrygiam tenuit.

*

153. Germani intectum Rhenonibus corpus tegunt. Vestes de pellibus Rhenones vocantur.

*

---

147. Ambo suas partes sustinuere pro Magistratus officio.

148. Curionis legati legiones ad Dyrrhachium colligunt.

149. Curio Procos. diem festum Vulcanaliorum in Dalmatiâ celebrat.

150. Curio legionem integram ablegat rebellionis ream.

151. Dolor ejus abrogatae et dimissae in Dalmatia legionis.

152. Antiquitates Dardaniae in expeditione Curionis.

153. De moribus ac vestitu barbarorum Germaniae, Moesiae, Dardaniae etc. contra quos missus erat Curio.

LXX. Dardania occupatur bello.

154. Eodem anno in Macedonia C. Curio principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit modis, dictas pecunias coegit.

*

155. Stobos.

*

---

154. Curionis expeditio in Dalmatiâ, Moesiâ.
155. Urbs Macedoniae, ibi Curio procos. hiemavit.

# CAJI SALLUSTII CRISPI

# HISTORIARUM.

## LIBER TERTIUS.

---

I. II. Bellum cum Mithridate. Proavi Mithridatis.

1. Artabanes conditor regni Mithridatis fuit.

*

2. Contra ille calvi ratus, quaerit extis, num somnio portenderetur thesaurus.

*

III. Mithridatis Eupatoris vita.

3. Sed Mithridates extremâ pueritiâ regnum ingressus, matre veneno interfectâ.

*

VI. Elogium Mithridatis.

4: Mithridates corpore ingenti, perinde armatus.

*

V. Mithridates Archelaum ad Sullam mittit, bellum quibus posset, conditionibus desineret.

5. Bellum quibus posset conditionibus desineret.

*

---

1. Proavi Mithridatis. Exordium regni Pontici.
2. Antigonus rex Mithridatem Satrapam suspectans. Plutarch. in Demetrio.
3. Initia regni Mithridatis Eupatoris.
4. Mithridatis robus ingens et armatura.
5. Mithridates Archelao ad Sullam misso quaerit.

VI. — IX. Mithridatis cum Sulla congressus. Pax concluditur.

6. Magnam exorsus orationem.

*

X. XI. Archelaus, Mithridati inimicus, Murenam, quem Sulla legionibus Fimbrianis praefecerat, excitat, ut arma adversus Mithridatem ferat.

7. Regem avorsabatur.

*

XII. — XIV. Nicomedes Bithyniae rex populum Romanum heredem scripsit. Mithridates eo accensus bellum Romanis parat, filium supposititium Nicomedis proponens.

8. Ad jovis mandem nostra.

*

9. Quos advorsum multi ex Bithyniâ volentes occurere falsum filium arguituri.

*

XV. L. Magius et L. Fannius, transfugae de legionibus Fimbrianis, Mithridati suadent, ut Sertorium in auxilium vocet.

10. Ibi Fimbrianâ seditione, qui Regi per obsequelam orationis et maxume odium Sullae, graves carique erant.

*

11. Metrophanes promeruit gratiam Mithridatis.

*

---

6. Mithridates in congressu ad Dardanum cum Sulla.
7. Quorundam Satraparum odium adversus Methridatem.
8. Sacrificium Mithridatis bellum contra Romanos parantis.
9. Mithridatem Bithyni arguunt de falso filio Nicomedis, ab eo supposito.
10. Magius et Fannius apud Mithridatem fugitivi.
11. Mithridates Metrophanem in Hispaniam mittit.

12. Eum atque Metrophanem Senatus magna industria perquirebat, cum per tot scaphas, quas ad ostia cum paucis fidis percunctatum miserant.. . . .

*

XVI. Res Romae gestae. L. Licinius Lucullus, M. Aurelius Cotta Coss. Cethego Tribuno suadet Lucullus per Preciam pellicem, ut sibi imperium exercitus contra Mithridatem detur.

13. Cultu corporis ornata egregio.

*

XVI. Lucullus Mitylenem capit.

14. Simul immanis hominum vis ex locis invasere patentes, cum et pacis modo effusas.

*

XVIII. Luculli Elogium.

15. Doctus militiam.

*

XIX. — XXI. Lucullus arma parat, sibi advocat legiones Fimbrianas. Origo et res gestae harum legionum.

16 E muris cives sportis demittebant.

*

17. Graviore bello, qui prohibituri erant, socios fregere.

*

XXII—XXIII. Fimbria Trojam incendit; persequitur eum Sulla. Moritur.

18. Primus Graecorum Achilles.

*

---

12. Magium et Metrophanem a Mithridate ad Sertorium missos, a Senatu quaesitos.

13. Pretia Cethegi pellex.

14. Stratagema Luculli ad occupandam Mitylenam.

15. Lucullus.

16. Valerius Flaccus apud Byzantium in seditione Fimbriana. Fimbria occiditur.

17. Legiones Fimbrianae urbes Asiae expilant.

18. Ilium a Fimbriâ eversum; et ejus ostentatio, se intra paucos dies effecisse, quod Graeci complures intra annos.

XXV—XXVI. Romani obsidionem Calaguris et Pallentiae mittunt. Sertorius se recipit ad Dianium. (Conf. Libr. II. 60.) XXVII.—XXVIII. Sertorius ibi admittit legatos Mithridatis. Dimittit Marium ad regem.

19. [Ut frequentes circa signa sint milites.]

*

20. Gens ad furta belli peridonea.

XXIX. Exercitus Pompeji fame premitur. Literae ejus ad Senatum.

21. Quae pecunia ad Hispaniense bellum Metello facta erat.

*

22. Si advorsus vos patriamque et deos penates, totiens labores et pericula suscepissem, quotiens a prima adulescentia ductu meo scelestissumi hostes fusi, et vobis salus quaesita est: nihil amplius in absentem me statuissetis, quam adhuc agitis, P. C., quem contra aetatem projectum ad bellum saeuissumum, cum exercitu optume merito, quantum est in vobis, fame, miserrumâ omnium morte, confecistis. Hac in spe populus R. liberos suos ad bellum misit? Haec sunt praemia pro volneribus; et totiens ob Remp. fuso sanguine? Fessus scribundo, mittundoque legatos, omnes opes et spes privatas meas consumpsi: cum interim a vobis per triennium vix annuus sumptus datus est. Pee Deos immortales, utrum censetis me vicem aerarii praestare, an exercitum sine frumento et

---

19. Luculli disciplina militaris, ad legiones Fimbrianas, Fimbria expulso, corrigendas.

20. Hispanorum gens.

21. Pecunia ad Hispaniense bellum parata ad populi fame laborantis subsidium convertitur: qua re Pompejus irascitur.

22. Epistola Pompeji in Hispania imper. ad Senatum.

stipendio habere posse? Equidem fateor, me ad hoc bellum majore sudio, quam consilio, profectum: quippe qui nomine modo imperii a vobis accepto, diebus XL exercitum paravi: hostesque in cervicibus jam Italiae agentes ab Alpibus in Hispaniam summovi. Per eas iter aliud, atque Hannibal, nobis opportunius patefeci. Recepi Galliam, Pyrenaeum, Laletaniam, Ilergetum: et primum impetum Sertorii victoris, novis quidem militibus, et multo paucioribus sustinui: hiememque in castris inter saevissumos hostes, non per oppida, neque ex ambitione mea egi. Quid dein proelia, aut expeditiones hibernas, oppida excisa, aut recepta numerarem? quando res plus valent, quam verba. Castra hostium apud Sucronem capta, et proelium apud flumen Durium, et dux hostium C. Herennius cum urbe Valentiâ et exercitu deleti, satis clara vobis sunt: pro quîs, o grati Patres, egestatem et famem redditis. Itaque meo et hostium exercitui par conditio est. Namque stipendium neutri datur: victor uterque in Italiam venire potest. Quod ego vos moneo, quaesoque ut animadvortatis; neu cogatis necessitatibus privatim mihi consulere. Hispaniam citeriorem, quae non ab hostibus tenetur, nos aut Sertorius ad internecionem vastavimus, praeter maritumas civitates, quae ultro nobis sumtui onerique. Gallia superiore anno Metelli exercitum stipendio frumentoque aluit: et nunc malis fructibus ipsa vix agitat. Ego non rem familiarem modo, verum etiam fidem consumpsi. Reliqui vos estis: qui nihi subvenitis, invito et praedicente me, exercitus hinc, et cum eo omne bellum Hispaniae in Italiam transgredientur.

*

XXX. Incursus Pompeji in Termestinos, victus quaerendi causa.

23. His saltibus occupatis Termestinorum agros invasere, frumentique ex inopiâ gravi satias facta est.

*

XXXI. M. Lucullus Varro, C. Cassius Varus Coss. a. u. c. 680. Mithridates bellum facit in Bithynia, fugat Cottam.

24. Nexuit catenae modo.

*

25. Tum vero Bithyni propinquantes jam amnem Tartanium.

*

26. Ruuntque pars magna suismet aut proximorum telis, ceteri vice pecorum obtruncabantur.

*

27. Dedecores inultique terga ab hostibus caedebantur.

*

XXXII. Lucullus accurrit in auxilium Chalcedonis. Pugna apud Othryem. Dirimitur per phaenomenon.

28. Foedavere lumen. Nam tetra tunc erat et sublima nebula coelum obscurabat.

*

---

23. Pompejus, cum fame laboraret in Hispania.

24. Naves a Cotta catenis alligatae in portu Chalceodensi ad eum claudendum.

25. Bithynii Cottae nuntiant Luculli adventum ad Chalcedonem.

26. Turba fugientium in obsidione Chalcedonis, a Mithridate fusorum.

27. Fugati Romani a Mithridate ad Chalcedonem.

28. Phaenomenon apud Othryem in Phrygia pugnam dirimit Roman. inter et Pont.

29. Dubius consilii. . .

*

XXXIII. XXXIV. Mithridates Cycicum obsedit.

30. Dubium an insula sit, quod euri atque austri superjactis fluctibus circumlavit.

*

31. Unde pons in oppidum pertinens explicatur.

XXXH. Obsidione coepta, ad urbem, Lysistratumquè flectendum capti Cyciceni quidam telis civium exponuntur.

32. Quae mapalia sunt circumjecta civitati, suburbana aedificia.

*

33. E muris ciues sportis dimittibant.

*

XXXVI. Lucullus in auxilium Cycici venit. Quomodo de suo adventu Cycicenos certos reddit.

34. Duos quam maxumos utris levi tabulae subjecit: quâ super omni corpore quietus invicem tractu pedis quasi gubernator existeret: eâ inter molem atque insulam mari vitabundus classem hostium, ad oppidum pervenit.

*

XXXVII. Magii proditio.

35. Quarum unam epistolam forte cum servo nacti praedatores Valeriani scorpione in castra misere.

*

---

29. Lucullus dubius, an Mithridatem adgrediatur in obsidione Chalcedonis.

30. Peninsula Cycici, quam Mithridates obsidione petit. Lucullus eum sequitur.

31. Pons Cycicenam continenti jungens insulam.

32. In suburbiis urbis Cycici.

33. Cives Cyciceni in obsidione.

34. Miles nandi peritus Luculli literas ad Cycicenos obsessos defert.

35. Magii epistolam ad Lucullum Valeriani milites in castra Romanorum sagittâ mittunt. Magius enim regem prodens, Lucullo favet.

36. Victoriam incruento exercitu reportare.

*

XXXVIII. Mithridates Cycicum oppugnat.

37. Pluteosque rescindit ac munitiones demolitur; locoque summo potitur.

*

38. Cum murum hostium successisset, poenas dederat.

*

39. Neque detrusus aliquotiens terretur.

*

40. In nuda injecta corpora.

*

XXXIX. XL. Descriptio machinae obsidionalis, Helepolis dictae.

41. De pecore coria recens detracta quasi glutino adulescebant.

*

42. Ut res magis, quam verba gererentur, liberos parentesque in muros locauerant.

*

XLI. Fortitudo Cycicenorum urbe obsessa.

42a. In modum ericii militaris.

*

---

36. Lucullus locum fauſtum occupans, promittit militibus suis, victoriam etc.

37. Mithridaticus miles in obsidione Cycicena.

38. Idem Cycici murum oppugnans; nam occidebatur.

39. Civis Cycicenus obsessus in adsultu moenium.

40. Ignis, faces, pix ardens in corpora adsultantium muros.

41. Coria, quibus machinae ligneae operiebantur.

42. Fortitudo Cycicenorum, urbe obsessa.

42a. Item.

43. Unde pons in oppidum pertinens explicatur.

*

44. Muros successerat.

*

45. Ac tum maxume, uti solet extremis in rebus, sibi quisque carissumum domi recordari, cunctique omnium ordinum extrema munia sequi.

*

46. Moenibus deturbat.

*

XLII. XLIII. Cycicenorum fortitudo in obsidione.

47. Murum ab angulo dextri lateris ad paludem haud procul remotam duxit.

*

48. Et onere turrium incertis navibus.

*

49. Impediebant jussa nautarum.

*

50. Ne simplici quidem morte moriebantur. Nam qui enari coacti fuerant, icti saepe ferramentis navium, aut volnerati a suis, aut afflicti alveo, undarum vi, multato foede corpore postremo tamen periere.

*

---

43. Machina navalis a Mithr. exstructa, quam Cycico admovent urbi, unde adsendunt muros.

44. Oppugnatores ad Cycicum.

45. Cycicenorum periculum, et pertinacia in resistendo.

46. Machinam Lysistratus.

47. Lysistratus Cycici praefectus nova opera conficit.

48. Naves Mithridatis turribus ligneis ad confringendos urbis muros, onustae, tempestate mersae in obsidione Cycici.

49. Cum ad Cycicum procella naves Ponticas mergeret.

50. Naufragium ibi.

51. Quasi par in oppido festinatio et ingens terror erat, ne ex latere nova munimenta madore infirmarentur: nam moenia oppidi stagnabant, redundantibus cloacis advorso aestu maris.

*

XLIII. Animus Cycicenorum exhilaratus, cum regis opes disjectas videant. Prodigia.

52. Quam trans stagnum omnis usque ad flumen.

*

XLIV. XLV. Mithridates partem exercitus sui dimittit. Fugatur haec pars prope Ryndacum.

53. Simul eos et cunctos jam inclinatos laxitate loci, plures cohortes atque omnes, ut in secundâ re, pariter acre invadunt.

*

54. Tum primum visi Romanis cameli.

*

XLVI. Pestis et fames in campo Mithridatis. Rex obsidionem Cycici mittens, exercitum ob urbe reducit.

55. Morbi graves ob inediam insolita vescentibus.

*

XLVII. Naves plus justo repletae naufragium patiuntur.

56. Earum aliae paullulum progressae, nimio simul et incerto onere, cum pavor corpora agitaverat, deprimebantur.

*

---

51. Tumultus et pavor apud Cycicum ex procellâ subito exorta.

52. Lucullus naviculas a stagno Dascylitide ad flumen Cycici alluens plaustris transportat.

53. Pontici milites prope Ryndacum a Lucullo profligati.

54. In pugna equestri apud Ryndacum fluvium.

55. Pestis exorta in campo Mithr. ad Cycicum.

66. Naves militibus repletae plus justo.

57. Tempestatum.

*

XLVIII. Gaudium Cycicenorum urbe ob obsidione liberata.

58. Simul immanis hominum vis ex locis invasere patentes, cum et pacis modo effusas.

*

XLIX. Honores Lucullo habiti.

59. Ei voce magnâ gratulabantur.

*

L. Chii classem Romanis auxilio mittunt.

60. Regem avorsabantur.

*

61. Omnia sacrata corpora in ratem imposuisse.

*

LI. Lucullus classem regiam persequitur, eamque fugat apud Tenedos et Lemnos.

62. Nihil secordia claudebat.

*

63. Fine inguinum ingrediuntur mare.

*

64. Nam qui enare coacti fuerant, icti saepe ferramentis navium aut volnerati a suis, aut adflicti alveo, undarum vi, multato foede corpore postremo tamen periere.

*

---

57. Frequentiâ tempestatum Mithridates in Euxino vexatur.
58. Gaudium Cycicenorum urbe liberata.
59. Lucullo Cyciceni liberati.
60. Chiorum odium adversus Mithridatem.
61. Zenobii Mithrid. Legati crudelitas in insulanos. Cives imponit navibus, exilioque damnat.
62. Mithridaticae naves a Lucullo pugnâ ad Tenedum navali oppugnatae.
63. Ibidem. Romani appellunt, et repellunt barbaros.
64. Romani vincunt.

LIII, LIV. Mithridates se recipit in Nicomediam. A Cotta obsessus, evadit per mare.

65. Postquam egressus angustias.

*

66. Primo incidit forte per noctem in renunculo piscatoris.

*

LV. Mithridates Heracleam expugnat.

67. Exaudirique sonus Bacchanaliorum.

*

LVI. Bithynia Romanis subjecta. Fannius et Metrophanes partis exercitus regis duces, aberrant in itinere.

68. Ventis per cava terrae citatis, rupti aliquot montes tumulique sedere.

*

69. Solis viis.

*

LVII. Senatus decem legatos mittit in Bithyniam, ut provinciam administrent. Dissidiae inter Cottam et Oppium quaestorem.

70. At Oppius postquam orans nihil proficiebat, timide veste tectum pugionem expedire conatus, a Cottâ Vulscioque impeditur.

*

LVIII. M. Lucullus Varro, C. Cassius Varus Coss. a. u. c. 680. Seditio Gladiatorum Capuae.

71. Ad mutandum modo in melius servitium.

*

---

65. Mithridates interclusus evadit.

66. Mithridates naufragus in lembo piscatorio ad Heracleam ad pellit.

67. Nocte Baccho festa, Mitrid. Heracleam occupat.

68. Aberratio Fannii et Metrophanis.

69. Item.

70. Quaestor Oppius M. Cottam Consulem tentat interficere.

71. Gladiatores fugitivi e ludo Batuati erumpunt.

LIX. Spartacus eorum dux.

72. Post defectionem sociorum et Latii.

*

LX. Clodius Praetor eos obsidet in Vesuvio. Evadunt.

73. Nexuit catenae modo.

*

74. Atque eos a tergo incurrerunt.

*

LXI. Spartacus servos advocat, ut se gladiatoribus jungant.

75. Hi sunt, qui secundum pocula et alias res aureas, diis sacrata instrumenta, convivio mereantur.

*

76. Incerta est fortitudo, dum pendet.

*

LXII. Spartacus arma sibi comparari, suos jubet.

77. Exuant armis, equisque.

*

78. Repente incautos agros invasit.

*

79. Hi locorum pergnari et soliti nectere e vimine vasa agrestia, ibi tum quod inopia sacuorum fuerat, ad eam artem se quisque in formam parmae equestris armabat.

*

---

72. Sc. non fuit majus Italiae discrimen, quam a Spartaco.
73. Spartaciani funibus vimineis a Vesuvio descendentes.
74. Spartaciani a Vesuvio delapsi in castra Claudii praetoris.
75. Vituperium Spartaci invehentis in seruorum dominos.
76. Ex oratione Spartaci ad fugitivos.
77. Sic jubet Spartacus in Campaniâ suos socios, sc. Romanos spoliari.
78. Sc. agros Campaniae cum fugitivis Spartacus.
79. Pastores Lucaniae fugitivorum comites.

80. Qui de vimine facta scuta recentibus detrac tis coriis quasi glutino adulescebant.

*

LXIII. Fugitivi depopulantur urbes Campaniae.

81. Rursus jumenta nacti ad oppidum ire con tendunt.

*

82. Ex insolentià avidus malefaciundi.

*

83. Ingressi tanta feritate debacchantur.

*

83. Nefandum in modum pervorso volnere, et interdum lacerum corpus semianimum omittentes, alii in tecta jaciebant ignes, multique ex loco servi, quos ingenium socios dabat, abdita a dominis aut ipsos trahebant ex occulto, neque sanctum aut nefandum quicquam fuit irae barbarorum et servili ingenio: quae Spartacus nequiens prohibere, multis precibus cum oraret, celeritate praevortere . . . . . nuntios . . . . .

*

LXIV. Varinius fugat partem fugitivorum, duce eorum Oenomao interemto. Spartacus se recipit in Apenninum. Obseditur a Varinio. Evadit Spartacus.

84. Con . . . . . . . timi ruit . . . . . princeps monet. in . . . . . agros malisque penuriove egrediantur, priusquam cum reliquo exercitu adesset Varinius, propere nanctus idoneos

---

80. Coria quibus scuta viminea operiebantur, confici jubet Spartacus.

81. Fugitivi ad Capuam expilandam revertuntur.

82. Gladiator et servus fugitivus.

83. Crudelis immanitas et alia facinora fugitivorum, usque ad 86.

83. Nola in urbe.

84. Nanctus sc. Spartacus.

ex collibus duces, Picentinis deinde Eburinis jugis occultus ad Nares lucanas, atque inde prima luce pervenit ad Popilî forum, ignaris cultoribus. Ac statim fugitivi contra praeceptum ducis rapere ad stuprum virgines, matres et aliis sceleribus operam dare.

*

85. Spartacus tenet suos intra castra magnis operibus communita. Deinde fugitivi consumptis jam alimentis, ne praedantibus ex propinquo hostis instaret, solitas militiae vigilias stationesque et alia munia explent, secunda vigilia noctis cuncti egrediuntur. Relicto bucinatore in castris et ad vigilum speciem procul visentibus erexerant fulta palis recentia cadavera et crebros ignes fecerant . . . midin . . . . . rin . . . . tu . . . .

*

LXIV. LXVI. Spartacus se recipit ad mare Adriaticum. Cossinium fugat.

86. Cossinius in proxumo fonte lavabatur.

*

LXVII. Spartacus vincit Varinium.

87. . . . mor trequii, praeter srciem bello necessariam; haud multo secus quam ferro noceri poterat.

*

88. Ita sperat pugnam illam pro omine belli futuram.

*

---

85. Fames fugitivorum obsessorum. Evadunt.

86. Cossinius trib. militum a fugitivis interceptus et occisus.

87. Brossaeus vertit: des bois durcis au feu, qui apres les avois donné la pointe necessaire, etoient propres a porter des coups presqû, aussi dangereux, que le sont ceux des armes de fer.

88. Spartacus suos hortatur ante proelium contra Varinium Praetorem, qui fusus.

LXVIII. Metapontum expugnat.

89. Paululum requietis militibus.

*

90. Apertae portae, repleta arva cultoribus.

*

91. Ac statim fugitiui contra praeceptum ducis, rapere ad stuprum virgines matronasque.

*

LXIX. LXX. Occupat Thurium.

92. Quin lenones et vinarii, laniique quorum praeterea volgus in dies usum habet, pretio compositi.

*

93. Citra Padum omnibus lex Lucania fratra erat.

*

94. Neu quis miles, neve pro milite.

*

LXXI. LXXI. Varinius Thurium liberare ab occupatione studens, fugatur.

95. At Varinius, dum haec aguntur a fugitivis, aegrâ parte militum autumni gravitate, neque ex postremâ fugâ, cum severo edicto juberentur, ullis ad signa redeuntibus, et qui reliqui erant, per summa flagitia detrectantibus militiam, quaestorem suum C. Tho-

---

89. Spartacus ad occupandum Metapontum festinans.

90. Urbem istam intercipit.

91. Metapontus a fugitivis gladiatoribus expilata.

92. Thurium occupat, sed amicabiliter tractat, permittitque nundinas, ipsosque allicit pecuniâ.

93. Spartacus omnes Italiae servos ad societatem Lucanorum vocat.

94. Disciplina militaris et jussa Spartaci, ne miles, neve pro milite se gerens pecuniam luxui aptam inferret.

95. Commiserat. L. Romam miserat sc. ad nunciandas calamitates. quatuor sc. cohortibus ad visendum Spartacum iter facit.

ranium, ex quo praesente vera facillume noscerent . . . . commiserant et tamen interim cum volentibus numero quatuor . . . . . .

*

96. In se converterent. Intus multa jam luce . . . . derans solita a Fuli . . . . ono actae et in cass. . . . ni ictus si aridum . . . . strepidus tumul . . . . i con res undique . . . . . um mittit equitis . . . um circum pro . . . , vi exe orarent . . . . pro tire vesti . . . s credens io. . . ota menag . . . . . . . . pavens se . . . . . m dupli . . . . . . . um a . . . . . . . . . . . . da . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*

LXXII.

97. Aliquot dies contra morem fiducia augeri nostris coepit, et promi lingua. Qua Varinus contra spectatam rem incaute motus, novos incognitosque et aliorum casibus perculsos milites ducit tamen ad castra fugitivorum: presso gradu silentes jam, neque tam magnifice sumentes proelium, quam postulaverant. [atque illi certamini conscii inter se juxta seditionem erant, Crixo et gentis ejusdem, Gallis atque Germanis obviam ire, et ultro offerre pugnam cupientibus; contra Spartacum]

*

LXXIII. LXXIV. Res Romae gestae. Licinius Macer Trib. plebis, de restituendo tribunatu agit. Oratio ejus ad populum.

98. Magnam exorsus orationem, in hunc modum disseruit:

---

96.

97. Animus Varinianorum mox extinctus.

98. Oratio Licinii Macri trib. plebis ad P. R. de restituendo tribunatu. Romae. a. u. 680.

98a. Si, Quirites, parum existumaretis, quid inter jus a majoribus relictum vobis, et hoc a Sulla paratum servitium interesset: multis mihi disserendum fuisset, docendumque, quas ob injurias, et quotiens a patribus armata plebes secessisset; utique vindices paravisset omnis juris sui tribunos plebis. Nunc hortari modo reliquum est et ire primum via, qua capessundam arbitror libertatem. Neque me praeterit, quantas opes nobilitatis solus, impotens, inani specie magistratus, pellere dominatione incipiam? quantoque tutius factio noxiorum agat, quam soli innocentes. Sed praeter spem bonam ex vobis, quae metum vicit, statui certaminis advorsa pro libertate potiora esse forti viro, quam omnino non certavisse. Quamquam omnes alii creati pro jure vestro vim cunctam et imperia sua gratia, aut spe, aut praemiis in vos convortere meliusque habent, mercede delinquere, qaam gratis recte facere. Itaque omnes concessere jam in paucorum dominationem, qui per militare nomen, aerarium, exercitus, regna, provincias occupavere, et arcem habent ex spoliis vestris: quum interim, more pecorum, vos multitudo singulis habendos, fruendoseque praebetis, exsutis omnibus, quae majores reliquere: nisi quia vosmet ipsi per suffragia, uti praesides olim, nunc dominos destinatis. Itaque concessere illic omnes: et mox, si vestra receperitis, ad vos redibunt plerique: (rarus enim animus est ad ea, quae placent, defendenda) cetera validiorum sunt. An dubium habetis, ne officere quid vobis uno animo pergentibus possit, quos languidos secordesque pertimuere? nisi forte C. Cotta ex factione mediâ Consul, aliter, quam metu jura quaedam tribunus plebei restituit. Et quamquam L. Sicinius primus de potestate tribunitiâ loqui ausus, mussantibus vo-

bis circumventus erat: tamen prius illi invidiam metuere, quam vos injuriae pertaesum est. Quod ego nequeo satis mirari, Quirites. Nam spem frustra fuisse intellexistis, Sullâ mortuo, qui scelestum imposuerat servitium, finem mali credebatis. Ortus est longe saevior Catulus. Tumultus intercessit Bruto et Aemilio Mamerco Coss.; dein C. Curio ad exitium usque insontis tribuni dominatus est. Lucullus superiore anno quantis animis ierit in L. Quinctium, vidistis: quantae denique nunc mihi turbae concitantur! quae profecto incassum agerentur, si, priusquam vos serviundi finem, illi dominationis facturi erant: praesertim cum his civilibus armis dicta alia, sed certatum utrimque de dominatione in vobis sit. Itaque cetera ex licentia, aut odio, aut avaritiâ in tempus arsere: permansit una res modo, quae utrimque quaesita est et erepta in posterum, vis tribunicia, telum a majoribus libertati paratum. Quod ego vos moneo, quaesoque, ut animadvortatis: neu nomina rerum ad ignaviam mutantes, otium pro servitio adpelletis. Quo jam ipso frui, si vera et honesta flagitium superaverit, non est conditio: si omnino quiessetis. Nunc animum advortite: et nisi viceritis, quoniam omnis injuria gravitate tutior est, artius habebunt. Quid censes igitur? aliquis vestrûm subjecerit. Primum omnium omittendum morem hunc, quem agitis, impigrae linguae, animi ignavi, non ultra concionis locum memores libertatis. Dein, ne vos ad virilia illa vocem, quo Tribunis plebei mandando Patricium magistratum, libera ab auctoribus patriciis suffragia, majores vestri paravere: cum vis omnis, Quirites, in vobis sit, uti quae jussa nunc pro aliis toleratis, pro vobis agere, aut non agere certe possitis, Jovem aut alium quem deum consultorem ex-

spectatis? magna illa Consulum imperia et Patrum decreta, vos exsequendo rata efficitis, Quirites, ultroque licentiam in vos auctum atque adjutum properatis. Neque ego vos ultum injurias hortor; magis uti requiem capiatis; neque discordias, ut illi criminantur, sed earum finem volens, jure gentium res repeto: et, si pertinaciter retinebunt, non arma, neque secessionem, tantummodo ne amplius sanguinem vestrum praebeatis, censeo. Gerant, habeantque suo modo imperia; quaerant triumphos: Mithridatem, Sertorium et reliquias exsulum persequantur cum imaginibus suis. Absit periculum et labos, quibus nulla pars fructus est; nisi forte repentina ista frumentaria lege munia vestra pensantur: qua tamen quinis modiis libertatem omnium aestumavere, qui profecto non amplius possunt alimentis carceris. Namque ut illis exiguitate mors prohibetur, senescunt vires: sic neque absolvit curâ familiari tam parva res: et ignavissumi quique tenuissimâ spe frustrantur, quae tamen quamvis ampla, quoniam servitii pretium ostentaretur, cujus torpedinis erat decipi et vestrarum rerum ultro injuria gratiam debere? Namque alio modo, neque valent in universos, neque conabuntur. Cavendus tamen dolus est. Itaque simul comparant delinimenta, et differunt vos in adventum Cn. Pompeji; quem ipsum, ubi pertimuere, sublatum in cervices suas, mox demto metu lacerant. Neque eos pudet, vindices, uti se ferunt, libertatis, tot viros sine uno, aut remittere injuriam non audere, aut jus non posse defendere. Mihi quidem satis spectatum est, Pompejum, tantae gloriae adulescentem, malle principem volentibus vobis esse, quam illis dominationis socium; auctoremque in primis fore tribuniciae potestatis. Verum, Quirites, antea

singuli cives in pluribus, non in uno cuncti praesidia habebatis: neque mortalium quisquam dare, aut eripere talia unus poterat. Itaque verborum satis dictum est. Neque enim ignorantia res claudit. Verum occupavit nescio quae vos torpedo, quia neque gloria movemeni, neque flagitio; cunctaque praesenti ignavia mutastis, abunde libertatem rati, quia tergis abstinetur, et huc ire licet atque illuc, munere ditium dominorum. Atque haec eadem non sunt agrestibus: sed caeduntur inter potentium inimicitias, donoque dantur in provincias magistratibus. Ita pugnatur et vincitur a paucis: plebes, quodcumque accidit, pro victis est, et in dies magis erit: si quidem majore curâ dominationem illi retinuerint, quam vos repetiveritis libertatem.

*

LXXV. Differtur controversia in adventum Pompeji.

99. Si nihil ante aduentum suum inter plebem et patres convenisset, coram se daturum operam.

*

100. Multisque suspicionibus, volentia plebi facturus videbatur.

*

LXXVI. Sertorii res deteriores redduntur. Invidia Perpennae aliorumque in eum.

101. Ad haec rumoribus aduorsa in prauitatem, secunda in casum, fortunam in temeritatem declinando, corrumpebant.

*

---

99. De restitutione tribunatus ante adventum suum, Pompejus in literis declarat.

100. Pompejus plebi Rom. indulgens in restituendo tribunatu; volentia, quae populus vellet.

101. Perpennae invidia in Sertorium.

LXXVII. LXXVIII. Confidet Sertorius solis Hispanis.

102. Se regibus devovent et post eum vitam refutant.

*

LXXIX. Pompejus studet occupare Gallaeciam.

103. Perpennam Calem praecipuam Gallaeciae civitatem expugnavisse.

*

LXXX. Pompejus ad obsidendam Lethen urbem pergit. Sed repellitur.

104. Apud Lethe oppidum.

*

105. Cui nomen oblivionis condiderant.

*

106. Repulsus a Lethe oppido.

*

LXXXI. Curio montes Moesiae transgressus, accedit ad Danubium flumen.

107. Eodem anno in Macedonia C. Curio, principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit modis, dictas pecunias coegit.

*

108. Nomenque Danubium habet.

*

109. Profectus quidam Ligus ad requisita naturae.

*

---

102. Barones Soldurii Regibus in Celtica et in Hispania obligati. Hos elegit Sertorius pro amicis.

103. Durante bello Sertoriano in Gallaecia Hispaniae.

104. Pompejus ad obsidendam Lethen in Lusitania, incedit.

105. Nomen Lethes fluvii inferi Lusitaniae urbi datum.

106. Sc. Pompejus cum oppidum expugnere tentaret.

107. Curionis Cons. expeditio in Dalmatiá, Moesiâ; Danubium videt.

108. in expeditione Curionis.

109. Transitus in monte Borâ a milite Curionis repertus.

110. Duci probare.

*

111. Atque eum Curio laudatum accensumque praemiorum spe, quibuscum optavisset, ire jubet.

*

112. Magnis operibus profectus, oppidum cepit per L. Catilinam legatum.

*

LXXXII. Dalmates debellat, Romam redit. Triumphus Curionis.

113. Primum modo Iapidiam ingressus.

*

LXXXIII. Progressus Romanorum in Asia. Exercitus R. arma movet in Pontum.

114. At Lucullum regis cura machinata fames brevi fatigabat; multique commeatus interierant insidiis latronum.

*

115. Frugum pabulique laetus ager.

*

116. Illi tertio mense pervenere in Pontum multo celerius spe Mithridatis.

*

---

110. Curio Cos. militis Liguris consilium adprobat.

111. Curio Ligurem mittit ad investigandum montis collum.

112. Curio Sardicam urbem in Moesia per Catilinam Legatum obsidet.

113. Curio revertitur.

114. Cura Mithrid. in Galatia. — Latrones i. e. milites.

115. In campis ad Thermodontem, quo Lucullus arma moverat.

116. Lucullus Consul cum legionibus.

LXXXIV—IV. Mithridates rex recipit se in deserta.

117. Solis viis.

*

118. Regem avorsabantur.

*

119. Copiis integris.

*

LXXXVIII. Ponti periplus.

120. Se angustiae oris Pontici illic dilatant.

*

LXXXIX. Forma riparum Euxini.

121. Proxumum promontoriis Paphlagonum, Κριμετωπον.

*

122. Unde hic tulit colorem, nam speciem efficit Scythici arcus.

*

XC. Natura aquarum.

123. Crebritate fluctuum ut aquilo solet.

*

124. Triplici fluctu.

*

---

117. Iter Mithridatis, captis a Romanis urbibus principalibus, ad barbaros, ad auxilia quaerenda; per deserta.

118. Non audet proficisci per Zigenorum regionem

119. Mithridates e Bosporo copiis integris auxilia colligit.

120. In descriptione Bospori et Euxini maris. Aqua rapidissimo motu se effundit, ubi se angustiae etc.

121. In periplo Ponti Euxini.

122. Criumetopon format colorem arcus.

123. Fluctus increbescentes in Euxino.

124. Tertius fluctus periculosior.

125. Unde hic tulit colorem, ipsum mare Ponticum dulcius, quam cetera.

*

126. Mare Ponticum dulcius quam cetera.

*

XCI. XCII. XCIII. Piscium abundantia in Ponto Euxino.

127. Qua tempestate e Ponto vis piscium erupit.

*

XCIV. Antiquitates Ponti.

128. Namque primum Jasonem novo itinere maris Aeetae hospitis domum violasse.

*

XCV. Bithyniae descriptio.

129. Igitur introrsus prima Asiae Bithynia est multis antea nominibus appellata, nam prius Beritia dicta, deinde Mygdonia, mox a Bythinio rege, Bythynia nuncupata. Ipsa est major Phrygia.

*

XCV. Phrygiae descriptio.

130. Dardania a rege Dardanorum Mida, qui Phrygiam tenuit.

*

XCVI. Ascaniae descriptio et Paphlagoniae.

131. Quem trans stagnum omnis usque ad flumen.

*

132. Frugum pabulique laetus ager.

*

---

125. Forma riparum Euxini et undae color albescens.

126. Per fluvios influentes ortus Pontus.

127. Thunnorum vis ex Euxino per Bosporum erumpit tempestate laeta.

128. Argonautarum navigatio in ponto Euxino.

129. Descriptio regionum Euxino adjacentium.

130. Antiquitates Dardaniae i. e. Phrygiae.

131. Insulani appellentes pergunt ad Ascaniam.

132. Prope Halym fluv.

**133.** Trojanorum tempore invadendarum terrarum causa fuerat navigatio.

*

XCVII. Heraclea urbs.

**134.** Quietam a bellis civitatem.

*

XCVIII. Teji descriptio.

**135.** In Paphlagonia Tejum oppidum.

*

XCIX. De agro apud Halyn fluvium.

*

**136.** Frugum pabulique laetus ager.

*

C. Amisus urbs.

**137.** Nam tetra tunc erat et sublima nebula.

*

**138.** Clausi lateribus pedem . . . .

*

CI. Campi Themiscyrii.

**139.** Dein campi Themiscyrii quos habuere Amazones, a Tanai flumine, incertum quam ob rem digressae.

*

---

133. Navigationes Graecorum ad Paphlag. tempore belli Trojani.

134. Heracleae urbis ad Sangar fl. in Bithyn. descriptio.

135. Descriptio regionis, quae Euxino alluitur.

136. Quem alluit Halys.

137. Amisum, urbs a Luculli militibus incensa, nimbo flammos exstinguente servata.

138. Mari ad Amisum; rejointe a la ville par une longue enceinte de murs, hauts de . . . . pieds.

139. Descriptio tractus ad ripam meridionalem Ponti. (De Amaz. cf. Brossium T. II. p. 241. sqq.)

CII. Promontorium Jasonis.

140. Nexuit catenae modo.

*

CIII. Colchidis descriptio.

141. Namque omnium ferocissumi ad hoc tempus Achaei atque Tauri sunt, quod, quantum conjicio, locorum egestate rapto vivere coacti.

*

CIV. Caucasus mons.

142. Omnes qui circum sunt, praeminent altitudine millium passuum duorum.

*

CV. Mores Achaeorum.

143. Genus armis ferox et servitii insolitum.

*

144. Namque omnium ferocissumi ad hoc tempus Achaei et Tauri sunt, quod, quantum conjicio, locorum egestate rapto vivere coacti.

*

145. Genus militum suetum a pueritiâ latrociniis.

*

CVI. CVII. De Dardanis.

46. Ad mutandum modo in melius servitium.

*

---

10. Promontorium Jasonis in Themiscyria, ubi Monime se pendebat diademate collo innexo.

11. Mores gentium Euxino ac paludi vicinarum.

12. Celsiora Caucasi quae Riphaei montes dicuntur.

3. Achaei.

4. Jidem.

5. Dardani, aliique barbari.

6. Servi saevis dominis effugientes condunt Taphrum oppidum ad mare Maeotis.

CVIII. Sinus Maeoticus.

147. Nam procul in divorsis regionibus.

*

148. Maeotici sinus aequoris.

*

CIX. Chersonesus Taurica.

149. Ne simplici quidem morte moriebantur.

*

150. Cum arae et aliâ diis sacrata supplicum san guine foedarentur.

*

CX. Scythae.

151. Scythae Nomades tenent, quibus plaustr sedes sunt.

*

152. Agreste.

*

CXI. Insulae Leneae.

153. Primus Graecorum Achilles.

*

154. Tota autem insula modica et cultoribu inanis.

*

155. Vespera.

*

---

148. Obscuritas veritatis in longiquae terrae descripti nibus.

149. Descriptio Maeotidis, in periplo Euxini. Tel l'etat etc.

150. Chersonesus Tauricae descriptio. De immolatio hospitum.

151. Tempore Orestis et Pyladis.

152. Populi ad septentrionem Euxini et paludis, a Taph ad Borysthenem.

153. Scythae assueti vita agresti.

154. Cursus Achilleus et Leneae insulae in Euxino.

155. Insula Leneae dicata Achilli in Euxino.

CXII. Deserta inter Tyram et Danubium.

156. Solis viis.

*

157. Omnium fluminum, quae in maria, qua imperium Romanum est, fluunt, maxumum esse Nilum consentitur, proxumâ magnitudine, Histrum.

*

158. Nomenque Danubium habet.

*

CXIII. Insulae Peuceae.

159. Gens raro egressa fineis suos.

*

CXIV. Thracia.

160. Vizo.

*

161. Atque hiavit humus, vasta et profunda.

*

156. Sc. Se conferunt. Si peregrini ad hanc insulam appellunt, ne a barbaris trucidentur, vespera et Solis viis ad naves se conferunt.

157. Deserta inter Tyram fluv. et Danubium, sive Istrum.

158. Nilus et Ister, in periplo Euxini.

159. Peuceae incolae in ostio Istri.

160. Urbs Thraciae, quam M. Lucullus cepit.

161. Terrae motu Vizo destructa.

## CAJI SALLUSTII CRISPI

# HISTORIARUM.

## LIBER QUARTUS.

I. Mithridates rex, Metrodorum legatum ad Tigranem, regem Armeniae, auxilii impetrandi causa mittit.

1. Non tu scis, si quas aedes ignis cepit, haud facile sunt defensu, quin et comburantur proxumae.

*

II. Eliguntur Coss. Cn. Cornelius Lentulus Clodianus et L. Gellius, a. u. c. 681. Fugitivi in Bruttios se recipiunt. Spartacus illis proponit, derelinquere Italiam. III. Quod consilium duces Gallorum et Germanorum abnuunt.

2. Impotens et nimius animi est.

*

3. Dissidere inter se coepere, neque in medium consultare.

*

---

1. Sic Tigrani respondet Metrodorus Mithridatis legatus.
2. Crixus gladiator post victoriam elatior, contra Spartaci consilium se effert.
3. Dissensio gladiatorum fugitivorum orta Thraces inter et Gallos duce Crixo.

IV. Ambo Consules jussi, obviam ire fugitivis.

4. At Cneius Lentulus patriciae gentis, collega ejus, cui cognomentum Clodiano fuit, perincertum, stolidior an vanior, legem de pecuniâ quam Sulla emptoribus bonorum remiserat, exigunda, promulgavit.

*

V. Dissidiae inter duces fugitivorum.

5. Atque illi certamini conscii inter se juxta seditionem erant. Crixo et gentis ejusdem Gallis atque Germanis obviam ire et ultro offerre pugnam cupientibus; contra Spartaco...

*

VI. Spartacus in Apenninum se recipit. Crixus Gellium Consulem fugat. Castra Romanorum expilantur.

6. Quod ubi frustra temptatum est, secordius ire milites occoepere, non aptis armis, uti in principio, et laxiore agmine.

*

VII. Opprimuntur fugitivi a Romanis. Crixi mors.

7. Revorsi postero die multa, quae properantes deseruerant in castris, nacti, cum se ibi cibo vinoque laeti invitarent.

*

8. Post, ubi fiducia nimius.

*

III. Spartacus a duobus exercitibus Consulum obsidetur. Debellat ambos uno eodemque die.

9. Igitur legiones pridie in monte positas arcessivit.

*

---

. Lentulus Clodianus, Collega Gellii in Consulatu.

. Crixo pugnam Romanis offerre, Spartaco recedendi consilium fuit.

. Legiones in proelio contra fugitivos Romanae.

. Galli gladiatores castra Gellii expilant, et debacchantur.

. Crixus et Galli post direpta Gellii castra.

. Spartacus.

10. Collegam minorem et sui cultorem exspectans.

*

11. Eodem tempore Lentulus duplici acie locum editum multo sanguine suorum defensus, postquam e sarcinis paludamenta adstari, et delectae cohortes intellegi coepere.

*

IX. Spartacus Italiam percursat triumphans. Captivos Romanos cogit ad Crixi bustum pugnare, more gladiatorum.

12. Opprobrii gratia.

*

13. Atque ea cogentes, non coactos, scelestos magis, quam miseros, distringi.

*

X. Terror Romae, Spartacus enim consilium Italiam relinquendi mutat, urbemque petit. Arrium Praet. fugat. Nec erat qui Praetor eligeretur. L. Licin. Crassus se offert.

14. Genua patrum advolvuntur.

*

XI. XII. Crassus veteranos advocat. Milites colligit.

15. Omnes, quibus aetas senecto corpore, animus militaris erat.

*

16. Ab his omnes evocatos et centuriones.

*

---

10. Lentulus Clodianus Consul Gellium collegam expectat, ut proeliarentur; victi sunt a fugitivis.

11. Lentulus Clodianus binis castris positis contra Spartacum, Gellium collegam adventare animadvertit, et Spartaco pugnam offert.

12. Spartacus captivos Romanos ad Crixi bustum pugnare cogit more gladiatorio.

13. Captivi Romani ad bustum Crixi.

14. Mulieres Romanae in summo discrimine Spartaci.

15. Crassus veteranos revocat in tumultu Spartaci.

16. Crassus delectum militarem facit, adventante Spartaco, e legionibus ipsis.

17. Quae cis paucos dies juncta in armis foret.

*

XIII. Crassus exercitum in Umbriam ducit. Primum ejus agmen in fugam se conjicit. Poena a Crasso dicta in fugientes milites.

18. Opprobrii gratia.

*

19. Sorte ductos fusti necat.

*

20. Dein lenitâ jam irâ postero die liberalibus verbis permulcti sunt.

*

XIV. Crassus Appeninum occupat, evitans proelium, sollicitus de protegenda Roma. Spartacus in Lucaniam revertitur.

21. Ex parte cohortium praecipere instructa, et stationes locatae pro castris.

*

22. Exercitum more majorum vortere.

*

XV. — XVIII. Conspirant Perpenna, Antonius et Aufidius contra Sertorium. Derelinquitur a Celtiberis, et necatur.

23. Conjuratione claudit.

*

24. Igitur discubuere, Sertorius inferior in medio, super eum L. Fabius Hispaniensis, senator ex proscriptis, in summo Antonius, et infra scriba Sertorii Versius; et alter.

---

18. Crassus ignavos milites fuste necat.
19. Poena ignavis a Crasso indicitur.
20. Crassus post poenam ignavis militibus indictam.
21. Vigilantia Crassi in agmine et in castris; praecipere sc. mandat.
22. Sc. Crassus legiones exerceri jubet more antiquo.
23. Perpenna coenaculi aditus a conjuratis occupari jubet.
24. Ita triclinio adsidebant in domo Perpennae.

scriba Maecenas in imo, medius inter Tarquitium et dominum Perpennam.

*

25. Hunc igitur redarguit Tarquitius.

*

26. Communem habitum transgressus.

*

XIX. Sertorii elogium.

27. Nam quidem Pyrrho atque Annibali aequor et terra.

*

XX — XXIII. Luctus Hispanorum. Perpenna imperium exercitus Sertoriani sibi vindicat. Vincitur a Pompejo. Perpenna et captivi a Pompejo supplicio afficiuntur.

28. Immane, quantum animi exarsere.

*

29. Jam repente visus est saevire Taguns.

*

30. Et Perpennam forte cognoscit mulio redemptoris.

*

XXIV. Piratae iterum rebellare tentant a. u. 678. M. Antonius contra eos mittitur.

31. M. Antonius perdundae pecuniae genitus, vacuusque curis, nisi instantibus.

*

---

25. Fictum jurgium inter conjuratos in coenâ apud Perpennam. hunc sc. Antonium jocantem.

26. Conjurati in Sertorium, exordium jurgii quaerunt.

27 Sertorius Pyrrho et Annibali comparatur. terra sc. conducebant commeatus, Sertorius omnia ex se hausit.

28. Hispanorum propter caedem Sertorii.

29. Cum Perpenna fugiens, trucidato Sertorio, flumen transnatare vellet; itaque rediit.

30. Agnitus et captus in fuga Perpenna ad Pompejum adducitur.

31. M. Antonius contra Piratas mari cum infinito imperio praeficitur.

32. Antonius (ille trium Antoniorum corruptor) qui orae maritimae quantum Romanum est imperium, contrarius piratis.

*

XXV. M. Antonius injuste saevit in Romanos et socios. Cretam insulam opprimit.

33. Suspectusque fuit, incertum vero an per negligentiam, societatem praedarum cum latronibus composuisse. —

*

34. Longe a continenti.

*

XXVI. Cretenses duce Lasthene colligunt naves apud insulam Diam.

35. Ad hoc pauca piraticae adjungit et actuaria navigia.

*

36. Cum praedixero positum insulae.

*

37. Othus in Cretâ, in Siciliâ est Enceladus, unde Othii campi.

*

38. Creta altior est, quâ parte spectat Orientem.

*

---

32. M. Antonii Cretici injustitiae, fuga et infamia.

33. M. Antonius Creticus missus contra Piratas; composuisse sc. dicitur.

34. In descriptione Cretae, et Idae montis. — Creta longe a continente distans ab Antonio sine causa injuste expugnatur.

35. Lasthenes in Creta colligit classem ad repellendum Antonium. — actuaria marchands.

36. Insula Dia prope Cretam, ubi M. Antonius contra Lasthenem conflictu navali victus est. — Cum p. p. insulae sc. melius elucebit ordo pugnae.

37. In insula Dia, ut Enceladus sub Aetna, Othus monte sepultus a Deis.

38. Ibidem.

39. Tota autem insula modica et cultoribus inanis est.

*

XXVII. Descriptio et antiquitates insulae Diae.

40. Tergis vinciebant.

*

XXVIII. Vincuntur Romani a Cretensibus.

41. In quis notissumus quisque, aut malo dependens verberabatur, aut immutilato corpore, improbo patibulo eminens affigebatur.

*

XXIX. Fuga M. Antonii et mors.

42. Antonius ille trium Antoniorum corruptor.

*

XXX. Cn. Aufidius Orestes, P. Cornel. Lentulus Sura Coss. a. u. 682. Amisus obsidetur. Ambo exercitus, Mithridatis et Luculli castra ponunt apud Cabiram.

43. Castrisque collatis, pugna tamen ingenio loci prohibebatur.

*

XXXI. Taxiles dux exercitus regii a Lucullo fugatur.

44. Medio diei.

*

XXXII. XXXIII. Othacus Scythus Lucullum interficere tentat.

45. Castra sine volnere introitum.

*

---

39. Insula Dia prope Cretam.

40. Cretenses, Romanos captivos, victo ad Diam M. Antonio.

41. Duces Romanos pugnâ navali ad Diam captos, Cretenses patibulis suspendunt.

42. Mors Antonii febre consumpti, qui conspurcavit laudes A. Antonii Persei victoris, M. Antonii qui et sapiens, et M. Antonii oratoris.

43. Mithridatem inter et Lucullum; nam castra maxime vicina.

44. Occaba transfuga Lucullum interficere tentat, sed non ausus recedit.

XXXIV—XXXVI. Rex Mithridates fugiens, Armeniam petit a suis derelictus.

46. Equo atque armis insignibus.

*

XXXVII. XXXVIII. Mithridates moerore consumtus, legatum ad Pompejum mittit.

47. Ipse animi atrox.

*

48. Interdum somno experrectus tumultum facere.

*

XXXIX. XL. Uxores et sorores suas Mithridates trucidari jubet.

49. Cultu corporis ornata egregio.

*

50. Nexuit catenae modo.

*

XLI. Dorylaus Mithridatis dux castella et opes regis tradit Romanis.

51. Castella custodias thesaurorum in deditionem acciperentur.

*

XLII. Romani Samosatam obsident et expugnant.

52. Naphtas.

*

53. In nuda injecta corpora.

*

---

46. Mithridates fugiens.
47. Mithridates aerumna confectus.
48. Mithridates acceptis cladibus.
49. Mithridatis post repetitas clades perturbatus animus.
50. Monime Mithridatis uxor.
51. Monime diadematis nodo strangulata, et pugione caesa.
52. Castella Mithridatis Dorylaus Romanis tradit.
53. 53a. Samosatam oppidani naphtis ignitis defendunt contra Romanos.

53a. Ne simplici quidem morte moriebantur.

*

XLIII. — XLVII. Cotta obsidet Heracleam. Heraclea capitur et expilatur.

54. Ubi multa nefande casu super ausi atque passi.

*

XLVIII. XLIX. Cotta ob eversionem Heracleae accusatus et punitus. L. Spartacus vallis se munit in Bruttiis, in Siciliam se recepturus, a. u. 682.

55. Omnis Italia coacta in angustias scinditur in duo promontoria, Bruttium et Salentinum.

*

56. Serum bellum in angustiis futurum.

*

LI. Fugitivi in sylva Sila.

57. In sylva Silâ fuerunt.

*

LII. Spartacus auxilium piratarum tentat. LII. Isthmum munit. LIII. Transfodi Isthmum jubet.

58. Clausi lateribus pedem . . . . .

*

59. Labor.

*

LIV. Commercium fugitivorum cum Bruttiis.

60. Luces.

*

---

54. In direptione urbis Heracleae a. M. Cottâ; sociae R. Imp. quare Cotta punitur.

55. Descriptio extremitatum Italiae.

56. Bellum servile Spartaci in angustiis Bruttiorum et silvae Silae.

57. Sc. fugitivi et gladiatores.

58. Silva Sila.

59. Labor immensus a Crasso confectus in claudendo Bruttiorum Isthmo.

60. Fugitivi luces ac noctes in desidiâ cum Bruttis consumebant.

LV. Spartacus, qui naves a piratis efflagitavit ad trajiciendum in Siciliam, ab eis decipitur. Siciliam cum Italia cohaesisse demonstratur.

61. In quis longissumo aevo plura de bonis, falsa in deterius composuit.

*

62. Italiae Siciliam conjunctam constat fuisse.

*

63. Italiae plana ac mollia.

*

64. Sed medium spatium aut per humilitatem obrutum est aquis, aut per angustiam scissum.

*

65. Et inde ῥήκιον nominatum, quiagraece abruptum hoc nomine nuncupatur.

*

LVI. Freti Siculi descriptio.

55. In Sicilia est Enceladus.

*

67. Pelorum promontorium Siciliae respiciens ad aquilonem, dictum a gubernatore Hannibalis illic sepulto, qui fuerat occisus per regis ignorantiam, cum se ejus dolo, propter angustias freti, crederet esse deceptum, veniens de Petilia.

*

68. Ad Siciliam vergens faucibus non amplius patet millibus V et xxx.

*

---

61. Fabulae antiquae de freto Siculo narratae.
62. Italiae descriptio.
63. Et Siciliae ibidem.
64. 65. } Siciliae descriptio.
66. Mons Siciliae ad orientem.
67. Orarum Italiae descriptio.
68. Fretum Siculum scilicet.

69. Ut autem tam curvum sit, facit natura mollioris Italiae, in quam asperitas et altitudo Siciliae aestum relidit.

*

70. Est autem arctissumum trium millium spatio Siciliam ab Italia dividens; fabulosis infame monstris, quibus hinc inde Scylla et Charibdis ostenditur. Scyllam accolae saxum in mari imminens adpellant, simile celebratae formae procul visentibus. Unde et monstruosam speciem fabulae illi dederunt, quasi formam hominis capitibus succinctam caninis; quia collisi ibi fluctus latratus videntur exprimere.

*

LVII. Charybdis.

71. Charibdis mare vorticosum.

*

72. Nam sorbet universa, quae prehendit.

*

73. Quod forte illata naufraga sorbens, gurgitibus occultis millia sexaginta Tauromenitana ad littora trahit, ubi laniata navigia fundo se emergunt.

*

74. Ter autem in die erigit fluctus, et ter absorbet. Nam accipit aquas, ut vomat: vomit ut rursus accipiat.

*

75. Crebritate fluctuum, ut aquilone solet.

*

---

69.–74. Descriptio freti Siculi.
73. Undulatio aquae, quae forte —

75. Fluctus increbescentes in eodem.

LVIII. Fugitivi in silva Sila obsessi, evadunt. Galli a Thracis se separant.

76. Sin vis obsistat, ferro quam fame aequius perituros.

*

77. Dubius consilii.

*

LIX. Crassus Gallos et Germanos vincit. Sed Spartacus advolat in eorum auxilium. In Calamarcum montem se recipiunt victi. LX. Crassus legatos cum XII. cohortibus mittit ad circumducendos iterum Gallos. Iter cohortium a mulieribus detegitur. Proelium anceps. Crassus advenit. Galli fugantur.

78. Cum interim, lumine etiam tum incerto, duae Gallicae mulieres, conventum vitantes ad menstrua solvenda montem adscendunt.

*

LXI. Populus Romanus perterritus revocari Pompejum ex Hispania jubet. LXII. Obsidetur a Romanis Calaguris in Hispania. Fames in urbe obsessa. Finis belli Hispanici.

79. Parte consumptâ, reliqua cadavera ad diuturnitatem usus sallerent.

*

LXIII. Pompejus ex Hispania redux trophaeum in Pyrenaeis erigit.

80. Exercitum dimisit ut primum Alpes digressus.

*

---

76. Fugitivi in sylvâ fossâ clausi, fortiter erumpunt.

77. Spartacus quo se verteret, cum consilio de Sicilia occupanda ceciderit.

78. Gallicae mulieres e servis fugitivis Crassi agmen noctu incedens detegunt.

79. Obsidio Calaguritana. Fames in urbe obsessa.

80. Ex Hispania redux Pompejus, a Senatu flagitatus, ut servile bellum finiret.

81. Devictis Hispanis tropaea in Pyrenaeis jugis constituit.

*

82. Agreste.

*

LXIV—LXVII. Fugitivi cogunt Spartacum, ut eos ducat ad expugnandam Romam. Intercepti a Crasso, fugantur. Spartacus caeditur.

83. Obviam ire et commori hostibus.

*

LXVIII. Delentur fugitivi ad Silarim.

34. Haud impigre, neque inultus occiditur.

*

85. Nullum locum, nisi in quo armati institissent.

*

LXIX. Crassus Romam redit. Conceditur illi ovatio.
LXX. Publipor colligit fugitivos, recipitque se cum iis in sylvam Silam.

86. Unus constitit in agro Lucano, gnarus loci, nomine Publipor.

*

LXXI — LXXV. Publipor revertitur, ut Alpes superet. Caeditur cum suis a Pompejo ex Hispania revertente.
LXXVI. Cn. Pompejus M. et M. Licinius Crassus Coss. a. u. 683. Restitutio tribuniciae potestatis.

87. M. Lollius Palicanus, humili loco, Picens loquax magis, quam facundus.

*

---

81. Pompejus Romam ex Hispania repetens.

82. Genus Hispanorum.

83. Spartacus et fugitivi urgente Crasso, qui eos aggreditur, ne Pompejus adveniens sibi gloriam eriperet.

84. Gladiatores et fugitivi in ultima clade.

85. Fugitivi fortiter proeliantes et deleti ad Silarim; reliquerant nullum etc.

86. Publipor dux fugitivorum post mortem Spartaci, sed a Pompejo destructus.

87. Palicanus jura tribunatûs restituere conatus.

LXXVII. Potestas judiciaria inter tres ordines distribuitur.

88. Nobis primae dissensiones vitio humani ingenii evenere, quod inquies atque indomitum semper in certamine libertatis aut gloriae, aut dominationis agit.

*

89. Bella atque paces exercebant.

*

LXXVIII. LXXIX. Leges se invicem excipientes, signum labentis Senatus.

90. Post reditum eorum, quibus Senatus belli Lepidani gratiam fecerat.

*

LXXX. Elogium Pompeji.

91. Ea continentia vir gravis.

*

92. Maxumis ducibus fortibus strenuisque ministris.

*

LXXXI. Obsidio Amisi continuatur a. u. 683.

93. Amisumque obsidere sine proeliis audiebat.

*

LXXXIII. Expugnantur Eupatoria et Temiscyra a Lucullo.

94. Scalas pares moenium altitudine.

*

---

88. Auctoris opinio.
89. Vigentibus legibus Corneliis, nobiles, exclusâ plebe.
90. Tribunitia factio vires auxisse sperabat.
91. Elogium Pompeji.
92. Dissidiae inter Crassum et Pompejum. Reconciliatio eorum.
93. Obsideri a Rom. audiebat Mithridates, positis ad Cabira castris.
94. Lucullus Eupatoriam scalis expugnat.

LXXXIII. Amisus expugnatur.

95. Paululum requietis militibus.

*

96. At illi, quibus vires aderant, ruere cuncti ad portas, incondita tenere.

*

97. Succedere.

*

LXXXIV—LXXXVI. Sinope obseditur. Cleochares et Seleucus, urbem suam incendunt, fugientes.

98. Speciem captae urbis effecere discedentes.

*

LXXXVII. Regnum Ponti eversum. Provinciae Asiae administratio. Merita Luculli. Odium publicanorum in eum.

99. Neque subsidiis, uti soluerat, compositis.

*

---

95. Lucullus ad expugnandam Amisum festinans.

96. Amiseni, obsessa urbe. Incondita i. e. deserta a militibus.

97. Scalis muri partem succedere Romani in expugnatione Amisenâ.

98. Cleochares et Seleucus discedentes a Sinope, urbem suam praediantes.

99. Urbes Asiae foenoribus ac tributis a publicanis vexatae.

CAJI SALLUSTII CRISPI

# HISTORIARUM.

## LIBER QUINTUS.

I–III. Mithridates versus Tigranem fugiens, ab illo in carcerem dejicitur.

1. Rebus supra votum fluentibus.

*

IV. P. Appius Claudius Pulcher a Lucullo ad Tigranem missus.

2. Pactione a misso Publio Legato.

*

3. Liberis ejus avunculus erat.

*

4. Solis viis.

*

5. Tetrarchas Regesque territos animi firmavit.

*

---

1. Superbia Tigranis.
2. P. Appius Claudius Pulcher ad Tigranem ad Lucullo missus.
3. P. Claudius Pulcher avunculus liberorum Claudiae et L. Luculli.
4. Iter Claudii per deserta.
5. Claudius dum Antiochiae degeret, legatus ad Tigranem missus.

6. Regem avorsabatur.

*

V. Tigranes rejicit propositiones Luculli.

7. Insolens vera accipiundi.

*

VI—X. Tigranes Mithridatem ad se vocat. Ambo consilium de renovando bello capiunt. Lucullus movet exercitum in Armeniam, Euphratem trajicit. Q. Hortensio, Q. Caecilio. Metello Cretico Coss. a. u. 684.

8. Quam maxumis itineribus per regnum Ariobarzanis contendit ad flumen Euphratem; qua in parte Cappadocia ab Armeniâ disjungitur: et quamquam ad id naves codicariae occulto per hiemem fabricatae aderant.

*

9. Vespera.

*

XI. Lucullus Sopyenem provinciam transit, suppeditantibus auxilias Gordyenis.

10. Solas festinare.

*

XII. Lucullus Tigridem trajicit.

11. Tigrim Euphratem uno fonte manare in Armeniâ, qui per divorsa euntes longius dividuntur, spatio medio relicto multorum millium; quae tamen terra quae ab ipsis ambitur, Mesopotamia dicitur.

*

12. Tam Tigris quam Euphratis in Armeniâ fontes demonstrantur.

*

---

6. In Tetrarchorum numero fruit Zarbienus, qui mox a Tigrane interfectus.

7. Tigranes veritatis osor.

8. Luculli et Legionum iter in Armeniam.

9. Vespera aquae Euphratis, quam trajicere volebant, stagnantis diffluere.

10. Gordyenae urbes solae festinant, auxilia Lucullo suppeditare.

11. 12. Lucullus in Armenia et Mesopotamia, quae describuntur.

XIII—XV. Tigranes Mithrobarzanem cum exercitu adversus Lucullum mittit. Mithrobarzanes caeditur.

13. Insolens vera accipiundi.

*

14. Pugnam illam pro omine belli futuram.

*

XV—XIX. Tigranocertam obsident Romani. Ipse Tigranes cum magno exercitu accurrit, ut urbem ex obsidione liberet.

15. Atque ipse cultus rei.

*

XX. XXI. Lucullus regem aggreditur cum copiis suis.

16. Qui praeter a grediebantur equites cataphracti ferrea omni specie. Equis paria poeriuncula erant, quae lintea ferreis laminis in modum plumae adnexuerant.

*

XXII. Proelium ad Tigranocertam.

17. In secundâ, festinas cohortes composuerat.

*

XXIII. Tigranes fugatur a Lucullo. Tigranocerta expugnatur.

18. Ruuntque pars magna suismet aut proxumorum telis, ceteri vice pecorum obtruncabantur.

*

---

13. Tigranes Mithrobarzanem obviam mittit, qui vincitur.

14. Luculli verba ad suos milites.

15. Apparatus exercitus Tigranis horribilis et splendidus.

16. Descriptio equitatus cataphract. ex exercitu Tigranis in proelio ad Tigranocertam.

17. Ordo aciei Romani in pugnâ ibi.

18. Fugientium turba in eo proelio. Tigranes victus.

XXIV. XXV. Tigranes nuncios de sua clade mittit ad Mithridatem. Mithridates ei consolatur. Ambo se in Taurum recipiunt.

19. Fecit ut nuntiis confestim lugubribus.

*

XXVI. XXVII. Lucullus Gordyenem redit. Zarbieni a Tigrane supplicio adfecti, exequias celebrat.

20. Apud Corduenos amomum et alii leves odores gignuntur.

*

XXVII—XXXI. Mysii et urbes Thraciae a Lucullo expugnatae. Romani ut et Tigranes cum Mithridate foedus inire tentant cum Arsace Parthorum rege. Haesitatio Arsacio.

21. Mysii a Lucullo superati.

*

22. Vizo.

*

23. Camisos.

*

XXXII. Mittitur Sextilius ad Arsacen; Arsaces confert cum Romanis et regibus.

24. . . . . . . . . in hunc modum disseruit.

*

---

19. Tigranes nuncios de sua clade Mithridati mittit.

20. Zarbieni Gordyenae regali exequiae a Lucullo celebratae; ad sibi favorem populi comparandum.

21. A M. Lucullo Varrone Macedoniae Procos. a. u. 681. et 682. ante nostrum Lucullum.

22. Vrbs Thraciae a M. Lucullo capta. [Frater nostri Luculli. Quaest. 666. Consul. 680.]

23. Camisos castellum in finib. Armeniae. Arsaces Parthorum rex eo venit, ad visendas belli indoles. cum et a Romanis, et a Mithridate peteretur in societatem.

24. Sextilii legati Rom. oratio ad Arsacen.

XXXIII. Mithridatis epistola ad Arsacem.

25. Rex Mithridates Regi Arsaci S. Omnes, qui secundis rebus suis ad belli societatem orantur, considerare debent, liceatne tum pacem agere. Dein, quod quaeritur, satisne pium, tutum, gloriosum, an indecorum sit. Tibi perpetuâ pace frui liceret, nisi hostes opportuni et scelestissumi. Egregia fama, si Remanos oppresseris, futura est. Neque petere audeam societatem; et frustra mala cum tuis bonis misceri sperem. Atqui ea, quae te morari posse videntur, ira in Tigranem recentis belli, et meae res parum prosperae, si vera aestumare voles, maxume hortabuntur. Ille enim obnoxius, qualem tu voles, societatem accipiet: mihi fortuna multis rebus ereptis, usum dedit bene suadendi: et quod florentibus optabile est, ego non validissumus praebeo exemplum, quo rectius tua componas. Namque Romanis cum nationibus, populis, regibus cunctis una et ea vetus caussa bellandi est, cupido profunda imperii et divitiarum; qua primum cum rege Macedonum Philippo bellum sumpsere. Dum a Carthaginiensibus premebantur, amicitiam simulantes ei subvenientem Antiochum concessione Asiae per dolum avortere; ac mox tracto Philippo Antiochus, omni cis Taurum agro et decem millibus talentorum spoliatus est. Persen deinde Philippi filium post multa et varia certamina, apud Samothracas Deos acceptam in fidem, callidi, et repertores perfidiae, quia pacto vitam dederant, insomniis occidere. Eumenem, cujus amicitiam gloriose ostentant, initio prodidere Antiocho, pacis mercedem; post Attalum custodem agri captivi sumptibus et contumeliis ex Rege miserrumum servorum effecere; simulatoque im-

25. Epistola Mithridatis ad Arsacem regem Parthorum.

pio testamento, filium ejus Aristonicum, quia patrium regnum petiverat, hostium more, per triumphum duxere. Asia ab ipsis obsessa est: postremo totam Bithyniam, Nicomede mortuo diripuere; cum filius Musae quam reginam adpellaverant, genitus haud dubie esset. Nam quid ego me adpellem? quem disjunctum undique regnis et tetrarchiis ab imperio eorum, quia fama erat, divitem, neque serviturum esse, per Nicomedem bello lacessiverunt; sceleris eorum haud ignarum, et ea, quae accidere, testatum antea; Cretenses solos omnium liberos eâ tempestate et Regem Ptolomaeum. Atque ego ultus injurias, Nicomedem Bithynia expuli; Asiamque spolium Regis Antiochi recepi, et Graeciae demsi grave servitium. Incepta mea postremus servorum Archelaus, exercitu prodito, impedivit: illique quos ignavia aut prava calliditas, uti meis laboribus tuti essent, armis abstinuit, acerbissumas poenas solvunt: Ptolomaeus pretio diem belli prolatat. Cretenses impugnati semel jam, neque finem, nisi exscidio habituri. Equidem quum mihi ob ipsorum interna mala dilata proelia magis, quam pacem datam intellegerem; abnuente Tigrane, qui mea dicta sero probat, te remoto procul, omnibus aliis obnoxiis, rursus tamen bellum cepi. Marcumque Cottam Romanum ducem apud Chalcedona terra fudi: mari exsui classe pulcherrūma. Apud Cycicum magno cum exercitu in obsidio moranti frumentum defuit, nullo circum adnitente; simul hiems mari prohibebat. Ita, sine vi hostium regredi coactus in patrium regnum, naufragiis apud Param et Heracleam militum optumos cum classibus amisi. Restituto deinde apud Cabira exercitu, et variis inter me atque Lucullum proeliis, inopia rursus ambos incessit. Illi suberat regnum Ariobarzanis bello intactum:

ego vastatis circum omnibus locis, in Armeniam concessi: sequutique Romani non me, sed morem suum omnia regna subvortundi, quia multitudinem artis locis pugna prohibuere, imprudentiam Tigranis pro victoriâ ostentant. Nunc quaeso, considera, nobis oppressis, utrum firmiorem te ad resistendum, an finem belli futurum putes? Scio equidem tibi magnas opes virorum, armorum et auri esse: et eâ re nobis ad societatem, illis ad praedam peteris. Ceterum consilium est, Tigranis regno integro, meis militibus belli prudentibus, procul ab domo, parvo labore, per nostra corpora bellum conficere: quando neque vincere, neque vinci sine tuo periculo possumus. An ignoras, Romanos postquam ad occidentem pergentibus finem Oceanus fecit, arma huc convortisse? Neque quicquam a principio nisi raptum habere, domum, conjuges, agros, imperium? Convenas olim sine patriâ, sine parentibus, peste conditos orbis terrarum: quibus non humana ulla neque divina obstant, quin socios, amicos, procul, juxta sitos, inopes potentesque trahant, excidantque; omniaque non serva et maxume regna hostilia ducant. Namque pauci libertatem, pars magna justos dominos volunt: nos suspecti sumus aemuli, et in tempore vindices adfuturi. Tu vero, cui Seleucia, maxuma urbium, regnumque Persidis inclutis divitiis est, quid ab illis, nisi dolum in praesens, et postea bellum exspectas? Romani arma in omneis habent, accerruma in eos, quibus victis spolia maxuma sunt; audendo et fallendo, et bella ex bellis serendo, magni facti. Per hunc morem exstinguent omnia, aut occident: quod haud difficile est, si tu Mesopotamia, nos Armenia circumgredimur exercitum sine frumento, sine auxiliis, fortuna aut nostris vitiis, adhuc incolumem. Teque

illa fama sequetur, auxilio profectum magnis regibus latrones gentium oppressisse. Quod uti facias moneo, hortorque; neu malis pernicie nostrâ tuum imperium prolatare, quam societate victor fieri.

*

XXXIV. XXXV. Arsaces neutras partes tenere studet; Lucullus vero Arsaci bellum inferre. Legiones Luculli ad seditionem moxentur. Eos contra Tigranem ducit, derelicto consilio Arsaci bellum inferendi, Lucullus.

26. Jam inde a principio male in eum fuerunt animati, quod ad Cycicum et iterum ad Amisum duas hiemes eos in castris continuisset.

*

XXXVI. Mithridates exercitum colligit suum.

27. Adulta aestas.

*

28. Curribus falcatis usos.

*

XXXVII. XXXVIII. Lucullus in Armeniam tendit, fugat ambos reges ad Arsaniam.

29. Equo atque armis insignibus.

*

30. Ille subsidiis principes augere et densere frontem.

*

31. Per vices pugnabatur. More equestris proelii sumptis tergis atque redditis. Regressi ad faciliores ictus loco cedebant.

*

---

26. In Lucullum milites seditiosi.

27. Lucullus contra Tigranem tendit.

28. Falcati currus in exercitibus Ponti et Armeniae.

29. Tigranis Satrapi exercitui magno qui praeerant.

30. Lucullus in ordine proelii. Principes in primo ordine milites.

31. Proelium apud Arsaniam Lucullum inter et reges foederatos. Reges vicuntur.

XXXIX. Lucullus Artaxatam urbem obsidere studet. Legiones Fimbrianae in seditionem incitantur.

32. Uxori ejus frater erat.

*

XL. Quare permotus Lucullus ab urbe recedit.

33. Hostes oppressi aut delapsi forent.

*

34. Praeceps aestas.

*

35. Consedit in valle virgultâ nemorosaque.

*

XLI. Legiones iterum seditiones movent. XLII. Eligun-ur Romae Consules L. Caecilius Metellus, Q. Marcius ex a. u. 680. XLIII. Cretensium Senatus legatos Ro-nam mittit, ut bellum Cretensium contra Romanos excusent. Spolia Romanis detracta tamen vovet Jovi Idaeo.

6. Ad Jovis mandem nostra.

*

7. Primos Cretenses constat invenisse religionem.

*

8. Curetes quia principes intellegendi divina fuerunt, vetustatem uti cetera in majus componentem altores Jovis celebravisse.

*

---

2. Clodius, Lucullo infensus incitat milites ad seditionem.

3. Pontici et Armeni a Lucullo, nisi supervenisset legionem seditio.

4. Asperior tempestas in Armeniâ cogit exercitus discedere.

5. Lucullus per Armeniam incedens.

6. Donum Cretensium Jovi Capitolino, e praeda Romanis erepta.

7. }
8. } Antiquitates Creticae.

XLIV—XLVIII. Male accipiuntur legati Cretensium Romae. Mètellus Consul ad debellandam Cretam missus. Lasthenes dux Cretensium vincitur a Metello, Gnossus expugnatur. Cretenses piratarum auxilium quaerunt.

39. Sed ubi tempore anni mare classibus patefactum est.

*

40. Speciem captae urbis effecere discedentes....

*

XLIX. L. Dimidia pars Cretae occupatur a Metello. Incolae se recipiunt in montem Idam.

41. Creta altior est, quâ parte spectat orientem.

*

LI. Gabinius tribunus plebis Pompejo imperium ad debellandos piratas dari, proponit.

42. Modestus ad omnia alia, nihi ad dominationem.

*

43. Immane quantum animi exarsere.

*

LII. Pompeji dissimulatio.

44. Pompejus oris probi animo inverecundo.

*

45. Cupientissimus legis.

*

---

39. sc. Metellus vela dedit, ut Cretam subigeret.
40. Lasthenes discedens a Gnosso.
41. Idam montem et altam Insulae partem petunt Cretenses.
42. Pompejus scilicet; cui Gabinius tribunus imperium marium ad debellandos piratas porrigit.
43. Nobilium ob legem Gabinii.
44. Pompeji dissimulantia de rogatione Gabinia.
45. Pompejus legis ejusdem.

46. Immodicus animi.

*

LIII. Catuli oratio contra legem Gabiniam.

47. In hunc modum disseruit.

*

48. Quibus de causis Sullam in victoriâ dictatorem equo descendere, sibi uni assurgere de sella, caput aperire solitum.

*

49. Immodicus animi.

*

50. Saepe celebritatem nominis intellego timentem.

*

51. Diu noctuque laborare, festinare.

*

52. Video ingentia dona quaesitum ire properantem.

*

53. Nam si in Pompejo quid humani evenisset.

*

LIV. Lex Gabinia. LV. Pompejus mittitur contra piratas.

*

54. Vulgus amat fieri.

*

---

46. Ejusdem ambitio.
47. Catulus contra legem Gabiniam.
48. Honores a Sullâ juveni Pompejo habiti. Ex Catuli oratione.
49. Pompejus. Ex eadem.
50. Ex oratione Q. Catuli contra legem Gabiniam.
51. Clientes Pompeji ut legem Gabiniam suaderent.
52. In eadem oratione loquitur Catulus de Pompejo.
53. In eadem.
54. Minae, ululatus etc. in tumultu populari pro lege Gabiniâ; quae vulgus etc.

LVI. Cretenses Metelli saevitate territi, cupiunt Pompejo se subjicere.

55. Diu noctuque laborare, festinare.

*

LVII—LXI. Pompejus imperium demit Metello, illi substituens L. Octavium. Ira Metelli. Metellus Cretam totam expugnat, et in provinciam Romanam redigit. Romam redit, triumphatur, et cognomine Cretici induitur. LXII. Cornelius Tribunus plebis legem rogat; ut populus nec vero Senatus de lege dispenset.

56. Tenebat.

*

57. Nam talia incepta non consultorem vortissent, rerum pestem factura.

*

58. Qui rempublicam salvam esse volt, me sequatur.

*

LXIII. Dissidiae inter Tribunos. Seditio. Cornelius accusatur sed defenditur a Cicerone.

59. Senati. Quidem.

*

LXIV. Lex Roscia theatralis.

60. Et ei magnâ voce vehementer gratulabantur.

*

61. Vulgus amat fieri.

*

---

55. Pompejus in expeditione contra piratas, quos destruxit.
56. Sc. Aristion arcem Hierapydnam in Creta a Metello mox expugnatam.
57. Piso Consul et Globulus Trib. pleb. deliberant de rogatione Cornelii Tribuni.
58. Piso Cos. exclamat a Globuli factione pressus.
59. Lex Roscia de sellis Senatoriis in theatris. Antea enim Senatores inter ceteros spectatores locum tenebant.
60. In Roscia lege.
61. Tumultus, quos vulgus etc. exorti in theatro.

62. Rumore primo.

*

LXV. Nisibis in Mesopotamia expugnatur a Lucullo. Acilius et Piso Coss. a. u. 686.

63. Atque edita undique tribus tam cum muris et magnis turribus.

*

LXVI. Mithridates redit in Pontum, Romanos vincit.

64. Luxo pede.

*

LXVII. A subditis summo cum gaudio recipitur Mithridates.

65. Adeo illis ingenita est sanctitas nominis regii.

*

LXVIII. Luculliani milites luxui se dedunt, neglecta disciplina militari.

66. Ceteri negotia sequebantur familiaria Legatorum aut Tribunorum, et pars sua commeatibus mercatis.

*

LXX. LXXI. Mithridates vincit Romanos, eosque e regno Ponti expellit.

67. Mithridates corpore ingenti, perinde armatus.

*

LXXIII. Milites Romani in Mesopotamia luxui dediti, dissolutiores evadunt.

68. Mesopotameni homines effrenatae libidinis in utroque sexu.

*

---

62. Cicero Consul populum placat.

63. Nisibis Mesopotamiae urbs a Lucullo obsessa.

64. Mithridates ictu lapidis luxatur in proelio contra Fabium.

65. Subditis regum in Oriente hominibus.

66. Prave et dissoluti se habent Lucullani milites in Asiä, neglecta disciplina.

67. Mithridatis robur ingens et armatura; in secundo proelio contra Triarium legat. vulneratus prope Dadasam.

68) "En ce pays, dit Q. Curce, les femmes gardent

LXXIV. Clodius eos ad seditionem provocat, quam ob rem coactus est a Lucullo, ab exercitu discedere.

69. Ubi eum tota concione ab exercitu cogit discedere, dicit se ejus operâ non usurum; eumque ab armis dimittit.

*

LXXV. Legiones Fimbrianae deserunt Lucullum.

70. Legiones Valerianae comperto, Lege Gabinia Bithyniam et Pontum Consuli datam, missos esse.

*

LXXVI — LXXVIII. Lucullus revocatur a Senatu. Succedit ei in imperio Acilius Glabrio Consul. Lucullus aggreditur Tigranem. Auxilia illi recusat Marcius Rex.

71. At Lucullus audito Q. Marcium Regem pro Consule per Lycaoniãm cum tribus legionibus in Ciliciam tendere.

*

72. Dubius consilii.

*

---

d'abord un maintien honnete a l'entré du repas. Peu a peu elles otent leurs vetemens, decouvrent le dessus du corps, et commencent a violer les loix de la pudeur. Enfin, elles se depouillent tout a fait de la ceinture en bas, et cette pratique honteuse n'est pars seulement celle des courtisanes de profession; mais les femmes de qualité et les hommes même n'en usent pas autrement, dans un pays ou la felicité a se livrer au plaisir des convives, ne passe que pour une civilité d'usage, et un agrément dans la societé.“

69. Lucullus Clodium seditiones molientem ab exercitu dimittit.

70. Legiones seditiosae Lucullum deserunt.

71. Marcius Procos. auxilia petenti Lucullo recusat.

72. Lucullus, ob auxilia denegata.

LXXIX. Volcatius Tullus et Aemilius Lepidus Coss. a. u. 687. Manilius Tribunus rogat, ut Pompejo Oriens decernatur simul et imperium belli contra Tigranem et Mithridatem. Catulus legi se opponit; Cicero eam suadet, et fertur lex Manilia.

73. Vespera.

*

74. Cicero caninam facundiam, ut Appius inquit, exercuit.

*

LXXX. LXXXI. Pompeji dissimulatio. Congressus Pompeji cum Lucullo. Lucullus Romam redit. Luxuria et mors Luculli. Finis historiarum.

75. Immodicus animi.

*

76. Sed Pompejus a primâ adulescentia sermone fautorum, similem fore se credens Alexandro regi, facta consultaque ejus quidem aemulus erat.

*

77. Metrophanes promeruit gratiam Mithridatis.

*

---

73. Manilius tribunus, ut Pompejo Oriens decernatur, vespera loquitur.
74. Ciceronis oratio pro lege Manilia.
75. Pompejus gavisus.
76. Pompejus Alexandri aemulus, Asiatici belli cupidus.
77. Pompejus Metrophanem in suas partes trahit, ut Mithridati pacem suadeat.

# FRAGMENTORUM SALLUSTII

A BROSSAEO RELIQUISQUE EDITORIBUS

OMISSORUM

# SPICILEGIUM.

## E LIBRO PRIMO HISTORIARUM.

*

1. At inde nulla munitionis aut requie mora processit ad oppidum.

*

2. At per omnem provinciam magnae atroces que famae, quum ex suo quisque terrore quinquaginta aut amplius hostium milia, novas, immanes feras oceani accitas, corporibus hominum vesci contenderent.

*

1. Priscian. VII. 19. et conf. Gellium N. A. IX. 14.
2. Interpretes Virgiliani a Majo editi ad Aen. IV. 178. Famam Virgilius singulariter, at Sallustius plurali numero, ut in primo historiarum: At per omnem etc.

3. Nimiumque partium decus in mercedem corruptum erat.

*

1. Profectionem festinantes.

*

## E LIBRO SECUNDO HISTORIARUM.

*

5. Audaciter.

*

## E LIBRO TERTIO HISTORIARUM.

*

6. Ad Cycicum porrexit firmatus animi.

*

7. Illum raptis forum et castra nautica Sertorius mutaverat.

*

---

3. Arusianus Messus in libro elocut. ap. Burmannum in Anthol. Lat. T. I. p. 173. In illam rem pro causa (l. usu.) illius rei. Virg. Aen. VII. Urit odoratam nocturno in lumina cedrum. Salust. histor. lib. 1. nimiumque p. d. i. m. c. erat. Idem: Etruria omnis cum Lepido suspecta in tumultum erat.

Locus Arusiani e Cod. Ms. depromtus haud comparet in editione libelli, ab Angelo Majo sub nomine Cornelii Frontonis primum publici juris facti.

4. Idem s. Cornelius Fronto s. v. Festino illud. Virg. Aen. IV. 575. Festinare fugam. Sal. Hist. 1. Profectionem festinantes.

5. Priscian. XV. 4.

6. Arus. Mess. s. Corn. Fronto s. v. firmatur. Porrexit sc. Lucullus. Conf. Hist. L. III. 33.

7. Pompejus in Comment. art. Donati. p. 161. ed. Lindemann.

## E. LIBRO QUARTO HISTORIARUM.

*

8. Implicitae rates ministeria prohibebant.

*

9. Ubi se laniata navigia fundo emergunt.

*

10. Tenuit Lucullus thesauros custodias regias.

*

## EX INCERTO LIBRO.

*

11. Etruria omnis cum Lepido suspecta in tumultum erat.

*

12. Religione Vulcanaliorum impeditus.

*

13. Ille Conisturgim apud legiones venit.

*

14. Mox tanta flagitia in tali viro pudet dicere.

*

15. Maturrimum.

*

---

8. Priscian. IX. 7.
9. Arus. Mess. s. Fronto v. Emergit se. Sal. Hist. IV. Vbi etc. conf. Hist. L. IV. nro. 73.
10. Pompeji Comment. Art. Donat. ed. Lindemann p. 190. 191.
11. Conf. not. ad nro. 3.
12. Pompeji Comment. A. D. p. 227. ed. Lindemann. De Curione sermo est. Hist. L, II. nro. 149.
13. Idem p. 395.
14. Schol. ad Ciceron. pro Roscio. §. 230.
15. Placidi Glossae ineditae in Cod. Ms. bibliothecae publ. Hamburg. Sallustius in historiis maturrimum magis quam maturissimum dicit.

16. Interea.

*

17. Autumni frumenta.

*

18. Prouincias inter se partiuerant.

*

19. Majoribus.

*

20. Omne jus in validioribus esse.

*

21. Et relatus inconditae olim vitae mos, ut omne jus in viribus esset.

*

22. Atque omnis Italia animis discedit.

*

---

16. Serv. ad Aen. X. 533. Interea, sicut apud Sallustium, eodem tempore.

17. Porphyrion in Horat. Ep. I. X. 40. Condita post frumenta, post messem? an post vindemiam? Nam et autumni frumenta Sallustius dixit.

18. Serv. ad Aen. I. 198. Sallustius ait: Provincias etc. Nam et partior et partio dicimus.

19. Crnel. Fronto de orat. L. II. p. 371. ed. Maji: Pro Italica gente Majoribus Sallustius ait. Antiquitatis verbum usitatum, sed nusquam eo sensu usurpatum neque probe adscitum. Nam vulgo dicitur, quod potius sit, antiquius esse. Inde ipsa Sallustii derivata.

20. Ibid. p. 266. Jusque datum sceleri Q. Annaeus ait. Contra Sallustius: Omne jus etc.

21. Scholiastes vetus Lucani ad Pharsal. I. 173. Ut Sallustius in historia: Et relatus etc. Videtur idem fragmentum esse cum antecedenti.

22. Idem ad Pharsal. III. 632. Sallustius: Atque omnis etc.

23. A privatis compluribus submersos montes, maia constructa esse.

*

24. Et sane Gracchis cupidine victoriae haud satis moderatus fuit animus.

*

25. Et sequebantur equitur cataphracti.

*

26. Inter secundum atque ultimum bellum Carthaginiense.

*

27. Parte conditor orbis terrarum.

*

28. Virtuti satis credebant.

*

29. Occultam potentiam, deum vocari Fatum.

*

30. Quaesere.

*

31. Paces.

*

---

23. Idem ad Phars. VI. 56. Hoc ait Sallusius: A privatis etc.

24. Idem ad Pharsal. VI. 796. Sic et de Gracchis Sallustius: Et sane etc.
Pertinent illa ad L. I. Hist. nro. 16.

25. Serv. ad Aen. XI. 770. Conf. L. V. Hist. nro 16.

26. Idem ad Aen. V. 540. Sic Sallustius: inter etc. — non ait: tertium. Conf. Lib. I. nro. 16.

27. Idem ad Aen. VII. 303. Sallustius: Parte etc. Brouckhusius conjicit: Per te conditur o. t.

28. Idem ad Eclog. II. 17.

29. Interpretes Virgiliani ed. Maji. p. 33. Sallustius quoque auctor est, occultam etc.

30. Phocas Gramm. p. 1718.

31. Sergius in A. Don. p. 1843.

2. Judicia, bella atque paces.

*

3. Radicem montis excessit.

*

4. Imbecilla est fortitudo, dum pendet.

*

5. Turbinum motus vagus est et disjectus, et vorticosus.

*

6. Fontes habet Sardinia calidos, infirmis medelam praebentes, si sacramento dato oculos aquae ejus tetigerint.

*

7. Vitabundus per loca saltuosa recedebat.

*

8. Pyrrhus a colore comae dictus, qui latine Byrrhus dicitur.

*

9. Pyrrhus interemtus fuit in aede Dianae a quadam muliere.

*

---

2. Incerti de orthogr. p. 2794. ed. Putsch. conf. Hist. L. IV. nro 89.
3. Scholiastes ad Stat. Theb. III. 116.
4. Idem ad Theb. V. 384.
5. Senec. Nat. Quaest. VII. 8. Turbinum m. v. est et d. et, uti Sallustii verbis utar, vorticosus. Alludit fortasse ad Lib. IV. Hist. nro. 71.
6. Isidor. XIII. 18.
7. Diomedes p. 224. Loqui videtur de Spartaco.
8. Serv. ad Aen. II. 469. Pyrrhus — dicitur, ita et Sallustius Crispus.
9. Caecil Apulejus de orthographia. §. 16. edit. Osann. Pyrrhus scribitur cum hya et duplici rr. Fuit rex Epiri, qui pollice pedis sinistri solebat mederi lieni; interemtusque fuit a Cerere sub mulieris Argivae specie, Hero-

40. Staphylus primus docuit vinum aqua misceri.

*

41. Καὶ Σαλλέστιος ὁ Ῥωμαῖος συγγραφεύς ἔφη καλοῖς αὐτὸν (τὸν Σύλλαν) ἐγχειρήμασι κάκιστον ἐπεννηνυχέναι τὸ τέλος.

*

42. Ἄζιλις, πόλις Λιβύης. οἱ δὲ περὶ Σαλέστιον, ἐ πόλιν, ἀλλὰ τόπον φασὶ καὶ ποταμὸν εἶναι.

*

43. Syphax inter duas canes stans Scipionem adpellavit.

*

44. In s. converterent. Intus multa jam luce... derans solita a Fuli... ono actae et in cass... ni ictus si aridum... strepitus tumul..i con res undiq.. um mittit equitis... um circum pro ..., vi exe orarent... pra tire verti..s credens io ... ota menag ..pavens se..m dupli..um a... ... da ....

*

---

philo, Polignoque poeta, Leucea ac Pausania in suo templo; sive in aede Dianae quadam muliere, Trogo, Sallustio et Lucejo [auctoribus.]

40. Idem §. 12. Staphylus cum hya. Primus docuit vinum aqua misceri C. Plinius et Sallustius auctores sunt.

41. Joann. Antiochenus in Except. Peiresecian. p. 795

42. Joann. Stephanus de urbibus, v. Ἄζιλις.

43. Serv. ad Aen. VIII. 461. ad Gemini custodes. Hoc et in Homero lectum est, et in historia Romana, quae ait: Syphax etc. Sallustii fragmentum esse censet Janus Brouckhusius.

44. Cod. Ms. Serv. et Divion. Conf. Hist. L. III. nro. 96

# JULII EXSUPERANTII,

## HISTORIARUM SALLUSTII,

UT VIDETUR,

# S U M M A R I U M,

S I V E

DE

## MARII, LEPIDI, AC SERTORII

BELLIS CIVILIBUS

## O P U S C U L U M.

---

I. Cum Lucius Metellus Proconsul contra Jugurtham in Numidiam exercitum duceret, Marium ex gregariis militibus genere ignobilem sed virtute praestantem, secum habuit. Quem cum militibus quaestorem fecisset, ita se factis fortibus promiserat, ut hostibus terrori, Romano imperatori carus esset. Sed victimas immolanti numinibus, in oppido Numidarum, cui nomen est Utica, haruspices magna quaedam impendere Mario responderunt: atque hortati sunt, ut quae vellet, auderet, peteretque celsiora natalibus, meritisque maiora: siquidem cuncta videbatur favor spondere fortunae. Tunc capiendi consulatus invasit magna cupiditas, ad quem petendum paratus suffragiis, relicta provincia Metello,

Romam venit; ibique de Metelli rebus loquendo corruptius, ac suam extollendo virtutem, effecit animos vulgi cupidos novitatis, in suum excitando favorem, adiuvantibus tribunis plebis. Nam eo tempore inter Patres ac populum, studio dominationis, erant excitatâ certamina. Ita factum est, ut in perniciem nobilitatis, quam lacerabat injuriis, Marius novis extolleretur honoribus. Itaque comitiis consularibus, universus populus, qui ad eligendum convenerat, Marium consulem jussit: et erepta Metello provincia, in Numidiam missus est.

II. Is accepto consulatu, quasi spolium victoriae superatis Patribus ostentabat; aperteque se eorum potentiae profitebatur adversum. Sed cum militem novum scriberet, primum omnium capite censos cives, infidosque atque inutiles duxit ad bellum; ut hac ratione cum publico detrimento populo gratiam redderet, a quo speratos honores acceperat. Nam populus Romanus per classes divisus erat, et pro patrimonii facultate censebatur. Ex iis omnes quibus res erat, ad militiam ducebantur. Diligenter enim pro victoria laborabant, qui * ex libertate bona patriam defendebant. Illi autem quibus nullae opes erant, caput suum, quod solum possidebant, censebantur, et belli tempore in moenibus residebant. Facile enim poterant exsistere proditores: quia egestas haud facile habetur sine damno. Hos igitur Marius, quibus non fuerat respublica committenda, duxit ad bellum. Sed forte L. Syllam legatum, unum de nobilibus, in provinciam duxit. Atque ubi confecto feliciter bello, et Jugurtha capto, ad Urbem rediere victores. Atque statim, virtute cognita, Marius in Galliam missus, quae tunc Romanos fines hostili incursione vexabat.

III. Eodem tempore Mithridates cum magnis copiis universam Asiam urbesque sociorum expugnando atque vastando cepit adfligere. Ad quem coërcendum L. Sylla est cum exercitu de-

stinatus, cuius in Africano bello probata erat corporis atque animi magnitudo. Hoc ubi Mario compertum est, terminare quod gerebat praelium festinavit, et homo infinitae cupidus gloriae, non patiebatur libertatem dignitatemque Romanam alterius virtute defendi. Contusis igitur Gallis, vastaque natione penitus barbarorum, Romam iterum victor intravit. Itaque instinctu ejus Sulpicius tribunis plebis legem tulit, ut auferretur Syllae provincia ac Mario daretur. Hoc Syllae ubi nuntiatum est, Murenam legatum suum provinciae, Valerianisque praefecit militibus, quos infidos bellis existimabat esse civilibus: et cum parte exercitus iniuriae dolore commotus ad extinguendam Marianam venit factionem. Statim ut Romam venit, resistentem sibi Sulpicium, et seditiosis concionibus Romanum populum disturbantem, cum multis, quos sibi socios adsciverat, trucidavit atque Marium ipsum machinatorem tantae contumeliae, in exsilium impetu detrusit armorum: atque ille quotiens victor per Gallorum atque Afrorum rura, quae ipse vastaverat, naufragus atque egenus erravit.

IV. Dum haec aguntur, Cinna et Octavius facti sunt Consules; quorum Cinna de partibus Marianis fuit. Hic legem tulit, ut novi cives, qui aliqua ratione Romanam acceperant civitatem, cum veteribus nulla discretione suffragium ferrent. Hoc videlicet in eorum gratiam faciebat, qui Marium suffragiis suis extulerant et amplissimis honoribus decorarant. Sed haec Lex iniuriosa erat in veteres cives, qui meritum dignitatis videbantur amittere, si cum novis indignis in ferendo suffragio iungerentur. Ob hoc itaque Octavius collega commotus, ut seditionibus privaretur, collegam suum Cinnam, adnitentibus veteribus civibus, in exsilium misit armatus, munitus videlicet copiis Syllae. Quae cum agerentur, maximus ex utrisque partibus civium

numerus interemtus est. Expulsus igitur Cinna cum vagaretur, ad Africam, ubi Marius inops erat, forte pervenit: atque ibi communicato consilio, sollicitatis animis perditorum et de ergastulis erutis servis, exercitum confecerunt; et armata validissima manu iuventutis, ad Urbem venerunt, atque Octavium Syllae satellitem superatum necaverunt. Tunc varia crudelitas pervagata est, ut nobilitas omnis ad fugitivorum trucidaretur arbitrium. Atque eo immanis saevitia Cinnae fuit, ut nec illa parceret, quorum opera erat victor effectus. Et cum hac insolentia in omnes communiter baccharetur, cum haberet conciones, a militibus suis occisus est. Tum Marius, ne sine socio dominatum sustinere non posset, in locum Carbonem sibi in septimo consulatu collegam subrogavit.

V. Tum Sylla, tanta indignatione commotus, contra Marium atque Carbonem exercitum duxit, et inter se ferali certamine Romani exercitus conflixere. In quo bello superatus est Marius. Tum vero Sylla victor, quidquid in Urbe remanserat, crudeliter persecutus est, et rempublicam vindicatam non reddidit legibus, sed ipse possedit; ac se talem praebuit, ut Cinnana ac Mariana, quod ultum erat, dominatio quaereretur. Hinc * Sallustius; bonis initiis malos eventus habuit. Nam fuerunt bona principia, quod oppressam voluit civium defendere libertatem: mali eventus, ut superatis dominis et ducibus saevis, gravius ipse civitatem quassavit, qui se publicae calamitatis fore promiserat defensorem. Hic, cum teneret imperium, multas leges ac iura praescripsit, multas civitatibus immunitates vectigalium dedit, multos Romana civitate donavit.

